

AMPLISS. VIRO<sup>3</sup>

AVGERIO BUSBEQVIO

*Exlegato Byzantino, & Supremo Curiae*

*Isabella reginae Praefecto,*

ANDREAS SCHOTTVS

LIB. MER. D. D.



ET VS ea doctiss. hominum querela est, ampliss. Busbequi, Historicorum vet. & quidem maiorum gentium cladem calamitatémque non aliunde inuectam, quàm ab Epitomarum scriptoribus: qui dum se compendio & temporis & rei familiaris studere Lectori credulo pollicentur, næ illi maius se dispendium facere non vident. Hinc enim factum, vt de Græcis Polybij prudentissimi, me hercle, scriptoris, Diodori atq. Dionis; de Latinis verò T. Liuij multa maxima pars intercederit: idq. Xiphilinis & Floris aliisque

A 2

ararv-

ἀνευρέμοις acceptum esse referendum :  
 adeoque Iustini opera Trogum inte-  
 grum amissum , frustra q̄. hactenus ex-  
 spectari, cum sex M. Tullij de Repub.  
 libris, nescio in quo infelici terrarum  
 angulo delitescētibus. Nec ab hac stra-  
 ge immunis AVRELIVS VICTOR  
 fuit, qui partim diuulsus, alteri, tam-  
 quam alienus partus suppositus; puta  
 Viri illustres: partim in tenebris despe-  
 ctus iacuit, historia nimirum Augusta,  
 quam priminos, quod præfiscinè dixe-  
 rim, in lucem eruimus, & cum iudicio  
 emendauimus, hortatu tuo, & auspi-  
 ciiis Isabellæ reginæ Galliæ: cuius re-  
 bus cum tu in Gallia impositus esses;  
 Epitomam tibi me debere existimaui,  
 quæ inde exscripta hactenus circumfer-  
 retur; antiquorum libb. & m. s. s. ope  
 non emendatiorem tantum factam,  
 sed & studio industriaque nostra illu-  
 striorem: id operam dando, vt ex qui-  
 bus potissimum auctoribus desumpta  
 ea

ea esset, cognosci queat. Nec enim cui potius deberē occurrebat, qui me nondum de facie notum, studiorum causa, civilisq̄ue tumultus patriæ, Galliam lustrantem, & Lutetiæ in doctorum hominum ingeniorumq̄ue celebritate atque frequentia versantem, indeq̄ue in Italiam disciplinarum omnium antiquitatisq̄ue parentem cogitantem, vt Plauti nostri vsurpem,

*Dum illæ consilesunt turbæ, atq̄. iræ leniunt;*  
 in familiam tuam, honoris mei gratia, quod felix faustumq̄. sit, inuitasti, qui cum de studiis colloqui, dū à publicis negotiis integrum esset, liceret, atq̄. ex litteris, vt hæctenus semper, voluptatē oblectationemq̄ue caperes. Merebatur & virtus tua; qui octennali legatione Byzantina apud Turcarum Imp. Solimanum cognitus probatusq̄ue Ferdinando Cæsari, deinde Maximiliano I. I. carus acceptusq̄. liberis eius præfectus: mox in Galliam Orator missus es. quæ

nulov

A 3

om-

omnia præclarè obita nomen & decus  
 cum omni posteritate adæquarunt.  
 Deinde quia Bibliothecam tuam pate-  
 re mihi, libris meis domi relictis, vo-  
 luisti; omniaq. quæ ex longa & diuti-  
 na peregrinatione collegisses, magnisq.  
 sumtibus parasses, libenter communi-  
 casti; monumenta rarissima, numisma-  
 ta, & inscriptiones. Quis enim nescit  
 studium in raris & exoticis conquiren-  
 dis tuum? quibus spoliis Christianum  
 orbem ditasti, collectis herbis peregri-  
 nis, medicis ipsis nomine vsuque inco-  
 gnitis, quibus Matthiolum medicorù  
 coryphæum ad Dioscoridem illustran-  
 dum mirè iuuiisti. Taceo amplius du-  
 centa exemplaria Græca calamo exara-  
 ta, summa diligentia, industria atq. im-  
 pensis in Græcia collecta: quorù bona  
 pars aut numquam aut non integrè an-  
 tehac edita. quæ in Augusta bibliotheca  
 Viennæ, dum in Galliam iter adorna-  
 res, tamquam tuæ in R. P. litterariam  
 volun-

7

voluntatis monumentum sempiternū,  
existare voluisti. Qua in re cum Fugge-  
ris, Mendozis atque Sambucis cōten-  
disse videris. Nihil dicam de tuo in lit-  
teratos studio, quorum conatus re con-  
silioque iuuas, & quā potes, promoues:  
vt certatim tibi lucubrationes meritò  
offerant homini vndequaq. doctissimo.  
Quare spes habet animum fore, vt no-  
stros labores boni consulas, atque si  
tantum ab re tua otij tibi est, recenseas  
politissimo iudicio tuo: denique ab in-  
uidorum calumniis tuearis atq. defen-  
das. Vale. Lutetiæ in ædibus tuis  
a. d. xiv. Kal. Mart. Anni salutis  
clō. Io. LXXIX.

A 4 IDEM

IDE M A D L I B R V M.

*CÆSAREOS proceres, & quis concussa tyrannis  
Concidit Imperij diuina potentia; quando  
In peius ruere occæpit, retroq; referrî,*

*VICTOR habes, tandem fato meliore renascēs,  
Quisquis es: ambigua nam nomina voce reclusit  
Ille mihi nuper Delphis consultus Apollo:*

VICTOR ERIT DOMITIS MONSTRIS,  
SEV VICTORINVS.

*Quare age, ne dubita victor volitare per ora  
Docta virum, auspiciis Augeri nobilis: huius  
Inclyta fama vehet penna metuente resolui:  
Iam leuior, mendis crassisque erroribus actis,  
AETHERA fer super in dias te luminis oras:  
Viciſti: indomitum iacet alto vulnere monſtrum.*

# DE VITA ET MORIBVS

IMPERATORVM ROMANORVM,

excerpta ex libris Sexti Aurelij Victoris,  
à Cæsare Augusto vsque ad Theodosium  
Imperatorem.



AVGVSTVS igitur patre Octauiio senatore genitus, maternum ge-  
nus ab Aenea per Iuliam familiam sortitus, adoptione verò



formam redegit. Quam vt annona Urbis copiosam efficeret,

**A** NNO Urbis  
conditæ septin-  
gentesimo vice-  
simo secundo; ab exactis  
verò regibus quadringen-  
tesimo octogesimoque, mos  
Roma repetitus vni pror-  
sus parendi, pro rege im-  
peratori vel sanctiori no-  
mine AVGVSTO ap-  
pellato. OCTAVIA-

CAII Cæsaris maioris  
auunculi, Caius Cæsar di-  
ctus, deinde ob victoriam  
AVGVSTVS cogno-  
minatus est. Iste in impe-  
rio positus, TRIBVNI-  
CIAM potestatem per se  
exercuit. Regionem Aegy-  
pti, inundatione Nili ac-  
cessu difficilem, inuiamque  
paludibus, in prouincia

A 5 fossas

- fossas incuria vetustatis limo clausas, labore militum patefecit.
- 2 † Huius tempore ex Aegypto Vrbi annua ducenties centena millia frumenti inferebantur. Iste Cántabros & Aquitanos, Rhetos, Vindelicos, Délmatas numero prouinciarum Populi Romani coniunxit. Sueuos, Cattósque deleuit, Sucambros in Galliam trástulit. Pannonios stipendiarijs adiecit. Getarum populos, Basternásque lacebitos bellis ad concordiam compulit. Huic Persæ obfides obtulerunt: creandique regis arbitrium permiserunt. Ad hunc Indi, Scythæ, Garamantes, Aethiopes legatos cum donis miserunt. Aded namque turbas, bella, simultates exsecratus est, vt nisi iustis de causis numquam genti cuiquam bellum intulerit. **IACTANTISQ. ESSE INGENII ET LEVISSIMI** dicebat, ardore triumphandi, & ob lauream coronam, id est, solia infructuosa, in discrimen per incertos euentus certaminú, securitatem ciuium precipitare. Neque imperatori bono quicquam minus quam **TEMERITATEM congruere. SATIS CELERITER FIERI, QVICQVID COMMODE GERITVR. ARMAQVE** nisi maioris emolumenti causa, nequaquam mouenda esse: ne compendio tenui, iactura graui, petita victoria, similis sit hamo aureo piscantibus: cuius abrupti, amissique detrimentum, nullo capture lucro pensari potest.
- 3 † Huius tempore trans Rhenum vastatus est Romanus exercitus, atque tribuni & proprator casus. Quod intantum perdoluit, vt cerebri valido incussu parietem pulsaret, veste capillóque, ac reliquis lugentiú indicis deformis. Auunculi quoque inuentum vehementer arguebat, qui milites commilitones, nouo blandóque more appellans, dum affectat caerior fieri, auctoritatem principis emolliuerat. Denique erga ciues clementissimé versatus est. In amicos fidus exstitit. Quorum precipui erant, ob taciturnitatem Macenas, ob patientiam laboris, modestiámque Agrippa. Diligebat praeterea Virgilium.



gillum. Rarus quidem ad recipiendas amicitias, ad retinendas constantissimus. Liberalibus studiis, præsertim eloquentiæ intantum incumbens, ut nullus, ne in procinctu quidem, laberetur dies, quin legeret, scriberet, declamaret. Leges alias novas, alias correctas protulit suo nomine. Auxit, ornauitque Romam adificiis multis, isto glorians dicto, Urbem lateritiâ repperi, relinquo marmoream. † Fuit mitis, gratus, ciuiliſ 4 animi, lepidi, corpore toto pulcher, sed oculis magis. Quorum aciem clarissimorum siderum modo vibrans, libenter accipiebat cedi ab intendentibus tamquam solis radiis aspectui suo. A cuius facie cum quidam miles oculos auerteret, & interrogaretur ab eo, cur ita faceret, respondit: Quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum. Nec tamen vir tantus vitiiſ caruit. Fuit enim paululum impatiens, leuiter iracundus, occultè inuidus, palam factiosus: porro autem dominandi, supra quam æstimari potest, auidissimus, studiosissimus alea lusor. Cumque esset cibi ac vini multum, aliquatenus verò somni, abstinens, seruiebat tamen libidini vsque ad probrum vulgaris fama. Nam inter duodecim catamitos, totidemque puellas accumbere solitus erat. Abiecta quoque vxore Scribonia, amore alienæ coniugis possessus, Liuiam quasi marito concedente sibi coniunxit. Cuius Liuiæ iam erant filij Tiberius & Drusus. † Cumque esset luxuriæ seruiens, erat tamen eiusdem vitij 5 seuerissimus vltor, MORE HOMINVM, QUI IN VLCISCENDIS vitiiſ, quibus ipsi vehementer indulgent, acres sunt. Nam & poëtam Ouidium, qui & Naso, pro eo, quod tres libellos amatorie artis conscripserat, exsilio damnauit. Quodque est leti animi, vel amoris, oblectabatur omni genere spectaculorum, præcipuè ferarum incognita specie, & infinito numero. Annos septem & septuaginta ingressus, Nole morbo interiit. Quamquam alij scribant dolo Liuiæ extinctū, metuentis, ne, quia priuignæ filium Agrippam, quem odio no-

uercali

6 uercali in insulam relegauerat, reduci compererat, eo sum-  
 mam rerum adepto, pœnas daret. † Igitur mortuum, seu  
 necatum, multis nouisque honoribus senatus censuit decoran-  
 dum. Nam præter id quod antea PATREM PATRIÆ  
 dixerat, templa tam Romæ, quàm per vrbes celeberrimas ei  
 consecrauit, cunctis vulgo iactantibus, VTINAM AVT  
 NON NASCERETVR, AVT NON MORERE-  
 TVR. Alterum [enim] pessimi incepti, exitus præclari alte-  
 rum. Nam & in adipiscendo principatu oppressor libertatis est  
 habitus, & in gerendo, ciues sic amauit, vt tridui frumento  
 in horreis quondam viso, statuisset veneno mori, si è prouinciis  
 classes interea non venirent. Quibus aduectis, felicitati eius,  
 salus patriæ est attributa. Imperauit annos quinquaginta sex,  
 duodecim cum Antonio, quadraginta & quatuor solus. Qui  
 certè numquam aut Reipublicæ ad se potentiam traxisset, aut  
 tandiu ea potiretur, nisi magnis naturæ & studiorum bonis  
 abundasset.

7



CLAVDIVS TI-  
 BERIVS Liviæ filius,  
 Caesaris Octauiani prui-  
 gnus imperauit annos vi-  
 ginti tres. Iste, quia Clau-  
 dius Tiberius Nero diceba-  
 tur, eleganter à ioculari-  
 bus, Caldus Biberius Me-  
 ro ob vinolentiam nomi-  
 natus est. Satis prudens  
 in armis, satisque fortuna-

tus ante sumtum imperium sub Augusto fuit: vt non immeritò  
 Reipublicæ dominatus ei committeretur. Inerat ei scientia  
 litterarum multa. Eloquio clarior; sed ingenio pessimo, truci,  
 auaro, insidioso, simulans ea se velle, quæ nollet: his quasi in-  
 sensus.

sensus, quibus consultum cupiebat: his verò, quos oderat, quasi  
 beniuolus apparens. Repentinis responsionibus aut consiliis me-  
 lior, quàm meditatis. † Denique delatum à patribus princi-  
 patum (quod quidem astu fecerat) fictè abnuere, quid singuli  
 dicerent, vel sentirent atrociter explorans: quæ res bonos quos-  
 que pessum dedit. Aestimantes enim ex animo eum longa ora-  
 tione imperialis molestia magnitudinem declinare, cum sen-  
 tentias ad eius voluntatem promunt, incesère exitia postrema.  
 Iste Cappadocas in prouinciam, remoto Archelao rege eorum,  
 redegit. Getulorum latrocinia repressit. Maraboduum Sue-  
 norum regem callidè circumuènit. Cum immuni furore inson-  
 tes, [noxios] suos pariter externósque puniret, resolutis mili-  
 tæ artibus, Armenia per Parthos, Mœsia à Dacis, Pannonia  
 à Sarmatis, Gallia à finitimis gentibus direpta sunt. Iste post  
 septuagesimum octauum annum, & mensem quartum, insi-  
 diis Caligulae exinctus est.

CALIGULA im-9

perauit annos quatuor.  
 Iste filius Germanici, quia  
 natus in exercitu fuerat,  
 cognomentum calciamen-  
 ti militaris, id est CALI-  
 GULÆ sortitus est. An-  
 te principatum omnibus  
 carus, acceptusque fuit: in  
 principatu verò talis, vt  
 non immeritò vulgaretur,



atrociozem illo dominum non fuisse. Denique tres sorores suas  
 stupro maculauit. Incedebat habitu deorum suorum. Iouem  
 ob incestum, è choro autem bacchanali Liberum se asserebat.  
 De quo nescio an decuerit memorie prodi, nisi fortè quia iuuat  
 de principibus nosse omnia, vt improbi saltem famæ metu talia  
 declinent.

declinent. In palatio matronas nobiles publica libidini subiecit. Primus diademate capiti imposito, Dominum se iussit appellari. In spatio trium millium, quod in sinu Puteolano inter moles iacet, duplici ordine naues contexens, arena aggestu ad terra speciem viam solidatam, phalerato equo insignis quercæ corona, quasi triumphans indutus aureo paludamento, curru biugi decucurrit. dehinc à militibus confossus interiit.

10



CLAVDIVS TI-

BERIVS, Drusi, Tiberij fratris, filius, Caligule patruus, imperavit annos quatuordecim. Iste, cum senatus censuisset, gentem Caesarum exterminari, deformi latebra latens, repertus à militibus, quia vecors erat, [ & ] mitissimus videbatur im-

prudentibus, imperator effectus est. Hic ventri, vino, libidini foeda obediens, vecors & propè hebes, ignavus ac pauidus, libertorum & coniugis imperiis subiectus fuit. Huius tempore Scribonianus Camillus intra Delmatias imperator creatus, continuo occiditur. Mauri prouinciis accesserunt. Caesa Musulamiorum manus est. Aqua Claudia Roma inducitur. Huius vxor Messallina primo [clam, mox] passim, quasi iure, adulterii utebatur. Ex quo facto plures metu abstinentes, extincti sunt. Dehinc atrocius accensa, nobiliores quasque nuptas & virgines, scortorum modo secum proposuerat: coactique mares, vt adessent. Quòd si quis talia horruerat, adfecto crimine, in ipsum, omnemque familiam eius sauebatur: vt magis videretur sub imperatore, viro  
 11 quam imperatori, nupta esse. † Ita liberti eius potestatem adepti,

adepti, stupris, exsilio, cæde, proscriptionibus, omnia fœdabant. Ex quibus Felicem legionibus Iudææ præfecit: **P O S I D I O** eunucho post triumphum Britannicum, inter militarium fortissimos, arma insignia tamquam participi victoria dono dedit. **P O L Y B U M** inter consules medium incedere fecit. Hos omnes anteibat **N A R C I S S U S** ab epistolis, dominum se gerens ipsius domini, **P A L L A S Q V E** prætoris ornamentis sublimatus, aded diuites, vt caussante eo inopiam fisci, lepidissimè famoso elogio vulgatum sit, Abundè ei pecuniam fore, si à duobus libertis in societatem recipere-tur. Huius temporibus visus est apud **A E G Y P T U M** **P H O E N I X**, quam ferunt volucrem anno quingentesimo ex Arabia memoratos locos aduolare: atque in **A E G æ o** mari repente in-sula emerfit. Hic **A grippinam** Germanici fratris sui filiam uxorem duxit: quæ filio imperium procurans, primo priuignos insidiis multiformibus, dehinc ipsum coniugem veneno intere-mit. Vixit annos sexaginta quatuor: cuius funus, vt quon-dam in **Tarquinio Prisco**, diu occultatum. Dum arte mulie-bri corrupti custodes ægrum simulant, **Nero** priuignus eius imperij iura suscepit.

### DOMITIVS NE- 12

**RO**, patre **Domitio** **Aë-nobarbo** genitus, matre **Agrippina**, imperavit an-nos tredecim. Iste quin-quennio tolerabilis visus. Vnde quidam prodidere, **Traianum** solitum dice-re, procul distare cun-ctos principes [ à ] **Ne-ronis** quinquennio. Hic in vrbe amphitheatrum  
& la-



& lanacra construxit. Pontum in ius prouincia, Polemonis re-  
 guli permissu redegit, à quo Polemoniachus Pontus appellatus  
 est: itémque Cottias alpes, Cottio rege mortuo. Eo namque  
 dedecore reliquum vita egit, vt pudeat memorare huiuscemo-  
 di quemquam. Eò progressus est, vt neque sua, neque aliorum  
 pudicitie parcens, ad extremum amictus nubentium virginum  
 specie, palam conuocato senatu dote dicta, cunctis festa de mo-  
 re frequentantibus, nuberet. Pelle tectus fera, vtrique sexui  
 genitalia vultu contrectabat. Matrem etiam stupro conta-  
 minauit: quam postmodum interemit. Octauiam & Sa-  
 binam cognomento Poppæam, in matrimonium duxit, viris  
 13 earum trucidatis. † Tunc Galba in Hispania procul & Caius  
 Iulius imperium corripuere. vbi aduentare Nero Galbam di-  
 dicit, senatúsque sententia constitutum, vt more maiorum  
 collo in furcam coniecto, virgis ad necem caderetur: desertus  
 vndique, noctis medio, egressus Urbem, sequentibus Phadone,  
 Epaphrodito, Neophytóque, & spadone Sporo, quem quon-  
 dam [Nero] exsectum formare in mulierem tentauerat, se-  
 met ictu glady transegit, adiuuante trepidantem manum  
 impuro, de quo diximus, eunucho [Sporo:] cum sanè prius  
 nullo reperto, à quo feriretur, exclamaret, Itane nec amicum  
 habeo, nec inimicum? dedecoróse vixi, turpius peream. Perit  
 anno etatis tricesimo secundo. Hunc Persa intantum dilexe-  
 runt, vt legatos mitterent, orantes copiam construendi monu-  
 menta. Caterùm adeò cuncta prouincie omnisque Roma in-  
 teritu eius exsultauit, vt plebs induta pileis manumissionunt,  
 tamquam seuo exenta domino, triumpharet.

14 GALBA nobili SVLPICIORVM genere progeni-  
 tus, imperauit menses septem, diésque totidem. Iste in ado-  
 lescentes infamis, ad vescendum intemperans fuit: trium ami-  
 corum consilio, id est Vmij, Cornelij, & Iceli cuncta disponens,  
 adeò vt intra Palatinas edes pariter habitarent, & vulgo pæ-  
 dagogi



dagogi dicerentur. Hic ante sumtam dominationē multas provincias egregiè administravit, militem severissime tractans, ita ut ingresso eo castra, vulgaretur statim, Disce miles militare, Galba est, non Gatulicus. Cùm septuagesimum tertium ætatis annum ageret, dum factione Othonis accensas legiones lorica rebus lenire contenderet, ad lacum Curtium cæsus est.



SALVIUS OTHO splendidis ortus maioribus, ex opido Ferentino, imperavit menses quatuor, vita omni turpis, maximè adolescentiâ. Hic à Vitellio primum apud Placentiam, dehinc apud Bebricum victus, semet gladio transfixit anno ætatis tricesimo septimo. ad eò amabilis militibus propriis, ut plerique corpore eius viso, suis manibus interierint.



VITELLIVS ortus familia nobili, patre Lucio Vitellio ter consule, imperavit

B

rauit

rauit menses octo. Iste mente crudelis auarusque cum profusione fuit. Huius tempore Vespasianus in Oriente principatum arripuit: à cuius militibus certamine sub muris Urbis habito, superatus, è palatio, quò se abdiderat Vitellius, vincis à tergo manibus, productus, circumducitur ad spectaculum vulgi. Ac ne homo impudens, in extremis saltem, malorum, quæ gesserat, rubore faciem demitteret, subiecto in mentum gladio, seminudus, multis cæno, fimo, & ceteris turpioribus dictu purgamentis vultum eius incessantibus, per scalas Gemonias trahitur: vbi Sabinum Vespasiani fratrem necari permiserat. Numerosis ictibus confossus interit. Vixit annos quinquaginta septem. Hi omnes, quos paucis attigi, præcipuè Caesarum gens, aded litteris culti, atque eloquentia suere, vt ni cunctis vitiis, absque Augusto, nimij forent, profectò texissent immodica flagitia.



VESPASIANVS  
imperauit annos decem.  
Huius inter cetera bona  
illud singulare fuit, INI-  
MICITIAS OBLI-  
VISCI, aded, vt Vitellij  
hostis sui filiã locupletissi-  
me dotatam, splēdidissimo  
coniungeret viro. Ferebat  
patienter amicorum mo-  
tus, contumelias eorum, vt

erat facetissimus, [dictis] iocularibus respondens. Namque Licinium Mucianum, quo adiutore ad imperium peruenerat, fiducia meritorum insolentem, lepidè flectebat, adhibito aliquo vtrique familiari, id vnum dicens, Nosti me virum esse. Sed quid mirum in amicis, cum etiam causis dicorum obliqua dicta, & philosophorū contumaciam cōtemneret? Iste exsanguem



guem diu, fessumque terrarum orbem breui refecit. Namque primum satellites tyrannidis, nisi qui forte atrocius longè processerant, flectere potius maluit, quam excruciat. s. delere, prudentissime ratus, nefaria ministeria à pluribus metu curari. Præterea legibus æquissimis monendo, quòdque vehementius est, vitæ specie, vitiorum plura aboleuerat. † Infirmus tamen, 18  
 vti quidam præuè putant, aduersus pecuniam, cum satis cõstet erarij inopia, & clade urbium, nouas eum neque postea habitas vectigalium pensiones exquisiuisse. Hic Romam deformem incendiis veteribus ac ruinis, permitta, si domini dcesent, volentibus adificandi copia, Capitolium, adem Pacis, Claudij monumenta reparauit: multaque noua instituit. Per omnes terras, quæ ius Romanum est, renouata vrbes cultu egregio: viæ operibus maximis munitæ sunt. Tunc cauari montes per Flaminiam sunt prono transgressu, quæ vulgariter Pertusa petra vocitatur. Mille gentes compositæ, cum ducentas ægerrimè reperisset, extinctis seuitia tyrannorum plerisque. Rex Parthorum Vologeses metu solo in pace coactus est. Syria seu Palestina, nec non Cilicia Trachea, & Commagene, quam hodie Augustophratensem nominamus, prouinciis accessere. Iudæi quoque additi sunt. Hic monentibus amicis, vt caueret à Metio Pomposiano, de quo sermo percrebuerat regnaturum, consulem fecit, alludens tali cauillo, quandoque memor erit tanti beneficij. † Institutum verò vni forme omni imperio tenuit. 19  
 Vigilare de nocte, publicisque actibus absolutis caros admittere, dum saluatur calceamenta sumens & regium vestitum. Põst autem negotiis, quæcumque aduenissent, auditis, exerceri vectatione, deinde requiescere: postremò vbi lauisset, remissione animo conuiuium curabat. Plura dicere studiũ coëgit imperatoris boni, quem ab Augusti morte post annos sex & quinquaginta, Romana respublica ex sanguis seuitia tyrannorum, quasi fato quodam, ne penitus rueret, affecuta est.

Itaque annum agens vitæ absque vno septuagesimum, seriis ioca, quibus delectabatur, admiscens, interit. Quippe primo cum crinitum sidus apparuisset, Istud, inquit, ad regem Persarum pertinet, cui capillus effusior. Deinde ventris eluio fessus, & assurgens, Stantem, ait, imperatorem excedere terris decet.

20



TITVS vocabulo patris etiam VESPASIANVS dictus, matre liberta DOMITILLA nomine genitus, imperavit annos duos, & menses duos, diésque viginti. Iste à puero præclaris studiis, probitatis, militiae, litterarum instantissimè deditus, quò contenderit, animi &

corporis muneribus ostendit. Hic vbi patria curam suscepit, incredibile est, quantũ quos imitabatur, antecierit, præcipuè clementia, liberalitate, honorificentia, ac pecunia contemptu: quæ eo amplius grata fuere, quòd ex nonnullis à priuato adhuc patris, asperior, luxurie & auaritiæ amans credebatur fore. Namque præfecturam pratorianam patre imperante adeptus, suspectum quemque & oppositum sibi, immisisit, qui per theatra & castra inuidiosa iactantes ad pœnam poscerent, quasi criminis conuictos oppressit. In quibus Cacinam consularem adhibitum cenæ, vix dum trichinio egressum, ob suspicionem stupratæ Berenices vxoris suæ, iugulari iussit. † Iurgia autem sub patre venumdata. rapinarum cupidum: vnde Neronem cuncti vocantes opinantésque summam rerum naturæ grauitèr acceperant. Sed hæc in melius conuersa adedi si immortalè gloriam contulere, vt DELICIAE AT-

21

QVE

**Q**UE AMOR humani generis appellaretur. Denique vt  
 subiit pondus regium, Berenicen nuptias suas sperantem re-  
 gredi domum, & eneruatorum greges abire præcepit. Quo  
 facto, quasi signum protulit mutata intemperantia. Dehinc cum  
 donata concessaue à prioribus principibus firmare insequentes  
 solerent, simul [vt] imperium cœpit, talia possidentibus edicto  
 sponte cauit. Quadam etiam die, recordans vesperi nihil se  
 cuiquam præstitisse, venerando caelestique dicto, AMICI,  
 ait, PERDIDIMVS DIEM: quia erat magnificæ li-  
 beralitatis. Clementiam verò vsque eò perduxit, vt amplissi-  
 mi ordinis duo cum aduersus eum coniurassent, neque abnuere  
 cogitatum scelus quirent, monuerit primo: post deductos in  
 spectaculum secum, vtrunque a sidere iusserit: petitoque ex  
 industria Mirmillonum, quorum pugna visabantur, gladio,  
 quasi ad explorandam aciem, vni atque alteri commiserit:  
 quibus percussis & constantiam mirantibus diceret, Videtisne  
 P O T E S T A T E S fato dari, frustra que tentari facinus po-  
 tiundi spe, vel amittendi metu? † Fratrem quoque Domi- 22  
 tianum parantem insidias, militumque animos sollicitantem,  
 flens sæpius obtestatus est, ne parricidio assequi cuperet, quod  
 & se volente esset obuenturum ei, & iam haberet, cum sit  
 particeps potestatis. Huius tempore mons Vesuuius in Cam-  
 pania ardere cœpit: incendiūque Romæ sine nocturna re-  
 quie per triduum fuit. Lues quoque, quanta vix vnumquam an-  
 tea, [fuit.] Quibus malis nonnullis vexatis, pecunia propria  
 subuenit, cunctis remediorum generibus, nunc agrotantes per  
 semetipsum reficiens, nunc consolans suorum mortibus affli-  
 ctos. Vixit annos quadraginta vnum: & in eodem, quo pater,  
 apud Sabinos agro, febrî interit. Huius mors, credi vix po-  
 test, quantum luctus Vrbi, prouinciisque intulerit, adeò vt  
 eum delicias publicas, sicut diximus, appellantes, quasi perpe-  
 tuo custode orbatum terrarum orbem deslerent.



DOMITIANVS  
VESPASIANI &  
DOMITILLÆ liber-  
te filius, germanus Titi,  
imperauit annos quinde-  
cim. Iste primò clemen-  
tiam simulans, neque aded-  
iners, domi bellique tole-  
rantior videbatur: idcir-  
còque Catos Germanòs-  
que deuicit. ius æquissimè

dixit. Romæ multa edificia vel ceptæ, vel à fundamentis con-  
struxit. BIBLIOTHECAS incendio consumtas, peritis  
vndique, præsertim Alexandria, exemplis, reparauit. Sagit-  
tarum tam doctus fuit, vt inter patentes digitos extente ma-  
nus viri procul positi spicula eius transuolarent. Dehinc atroc-  
cadibus, bonorum supplicia agere cœpit: ac more Caligula do-  
minum sese deumque dici cœgit: segnisque ridicule, remotis  
omnibus, muscarum agmina persequabatur. Furens libidine:  
cuius sædum exercitium, Græcorum lingua κλινοπλανη voca-  
bat. Hinc percontanti cuidam, quisquàmne in palatio esset,  
responsum [est,] Ne musca quidem. His eius scuitiis, ac  
maximè iniuria verborum, qua [se] scortum vocari solebat,  
accensus Antonius curans Germaniam superiorem, imperium  
corripuit. Quo per Norbanum Appium acie strato Domitia-  
nus longè terrior, in omne hominum genus, etiam in suos, fe-  
rarum more grassabatur. Igitur metu crudelitatis, & con-  
scientiæ suæ coniurauere plerique, impulsoribus Parthenio  
procurante eubiculum, & Stephano, & tum ob fraudem in-  
terceptæ pecuniæ supplicium suspectante, Clodiano, adscita  
etiam in consilium tyranni vxore Domitia, ob amorem Pa-  
ridis histrionis à principe cruciatus formidante. Domitianum

mul-

multis vulneribus confodiunt, post annum quintum & quadragesimum vita. At senatus gladiatoris more funus efferrī, radendumque nomen decreuit. Huius tempore seculares ludi celebrati sunt.

Hactenus Romæ, seu per Italiam orti imperium rexere: 24  
hinc aduena. Vnde compertum est, urbem Romam externorum virtute creuisse: Quid enim Nerua prudentius aut moderatus? quid Traiano diuinius? quid prestantius Adriano?



**COCCEIUS NERVA** opido Narniensi genitus, imperauit menses tredecim, dies decem. Iste cum imperium suscepisset, mox rumore orto, viuere atque affore Domitianū, perinde trepidauit, vt colore mutato, verbis amissis, vix consisteret. Sed à Parthenio confirmatus, rece-

pta fiducia, ad solemne delinimentum conuersus est. Qui cum in curiam à senatu gratanter exceptus esset, solus ex omnibus Arrius Antoninus vir acer, eique amicissimus conditionem imperantium prudenter exprimens, amplexus eum, gratulari se ait senatui & populo, prouinciisque; ipsi autem nequaquam: cui satius fuerat malas semper principes eludere, quam tanti oneris vim sustinentem, non molestius modo & periculis subiici, sed famæ etiam inimicorum pariter & amicorum: qui cum se mereri omnia præsumunt, si quicquam non extorserint, atrociores sunt ipsis quoque hostibus. Iste quicquid antea pœna nomine tributis accesserat, indulgit: afflictas ciuitates releuauit: puellas, puerosque natos parentibus ege-

B 4 stosis

25 stosis sumtu publico per Italiae opida ali iussit. † Hic ne accessum malignorum terreret, Iunij Maurici constantis viri dicto [ita] admonetur, Qui conuiuio familiari adhibitus, cum Veientonem consulari honore functum quidem apud Domitianum, tamen multos occultis criminationibus persecutum, adesse vidisset, inter colloquia mentione Catulli facta calumniatoris precipui, dicente Nerua, quid nunc faceret, si Domitiano superuixisset? Nobiscum, inquit Mauricus, cenaret. Hic iurgiorum disceptator & scientissimus & frequens fuit. Calpurnium Crassum, promissis ingentibus animos militum pertentantem, detectum, confessumque, Tarentum cum vxore remouit, patribus lenitatem eius increpantibus. Cúmque interfectores Domitiani ad exitium poscerentur, tantum est consternatus, vt neque vomitum, neque impetum ventris valeret differre. & tamen vehementer obstitit, dictitans equius esse mortem subire, quam auctoritatem imperij fœdare, proditis potentie sumenda auctoribus. Sed milites neglecto principe, requisitos, Petronium, [Stephanum] vno ictu: Parthenium verò deintis prius genitalibus, & in os comiectis, iugulare, redempto magnis sumtibus Casperio: qui scelere tam truci insolentior, Neruam compulsi referre apud populum gratias militibus, quia nefandos pessimosque omnium mortalium peremissent. Hic Traianum in liberi locum, inq; partem imperij adoptauit: cum quo tribus vixit mensibus. Qui dum suggerente ira, voce quammaxima, contra quendam Regulum nomine inclamaret, sudore correptus est. Quo refrigerescente, horror corporis nimius initium febri fuit: nec multo post, vitam finiuit, anno aetatis sexagesimo tertio. Cuius corpus à senatu quondam augusto honore delatum in sepulcro Augusti sepultum est. Eoque die quo interiit, solis defectio facta est.

V L P I V S



VLPIVS TRAIANVS ex vrbe Tudertina, Vlpivs ab auo dictus, Traianus à Traio paterni generis auctore, vel de nomine Traiani patris sic appellatus, imperauit annis viginti. Iste talem se Reipublica prauit, qualem vix aegreg. exprimere valuerunt summorum scri-

ptorum miranda ingenia. Hic imperium apud Agrippinam nobilem Gallie coloniam suscepit, habens diligentiam in re militari, in ciuilibus lenitatem, in subleuandis ciuitatibus largitionem. Cùmque duo sint, quæ ab egregijs principibus expectentur, SANCTITAS DOMI, IN ARMIS FORTITVDO, VTROBIQVE PRVDENTIA: tantus erat in eo maximarum rerum modus, vt quasi temperamento quodam virtutes miscuisse videretur: nisi quia cibo, vinoque paululum deditus erat. Liberalis in amicos: & tamquam vitæ conditione par, societatibus perfrui. Hic ob honorem Suræ, cuius studio imperium arripuerat, lauacra condidit. De quo superuacaneum videtur cuncta velle nominatim prodere, cùm satis sit excultum atque emendatum dixisse. † Fuit enim pa- 27  
tiens laboris, studiosus optimi cuiusque, ac bellicosi: magis [que] simpliciora ingenia aut eruditissimos, quamuis ipse parca esset scientia, moderatèque eloquens, diligebat. IUSTITIÆ verò, ac IVRIS HVMANI diuinique tam re-  
pensor noui, quam inueterati custos. Quæ omnia eò maiora visebantur, quo[niam] per multos atque atroces tyrannos perduto atque prostrato statu Romano, in remedium tantorum malorum diuinitus credebatur opportunè datus; vsque

èò, vt adueniens imperium eius pleraque mirifica denunciauerint. In quibus præcipuum, cornix è fastigio Capitolij Atticis sermombus effata, καλωσ̄ ἔσται. Huius exusti corporis cineres relati Romam, humatique Traiani foro sub eius columna: & imago superposita, sicuti triumphantes solent, in Urbem inuecta, senatu præeunte & exercitu. Eo tempore, multo perniciosius, quam sub Nerua, Tiberis inundauit, magna clade ædium: & terræmotus grauis per prouincias multas, atroxque pestilentia, famésque, & incendia facta sunt. Quibus omnibus Traianus per exquisita remedia plurimum opitulatus est; statuens, ne domorum altitudo sexaginta superaret pedes, ob ruinas faciles, & sumtus, siquando talia contingeret, exitiosos. Vnde merito PATER PATRIÆ dictus est. Vixit annos sexaginta quatuor.

28



ÆLIVS ADRIANVS stirpis Italica, Ælio Adriano Traiani principis consobrino Adriæ orto genitus, quod opidum agrici Piceni, etiam mari Adriatico nomen dedit, imperauit annis vigintiduobus. Hic Græcis litteris impensus eruditus, à plerisque Græculus appellatus est.

Atheniensium studia, morésque hausit non sermone tantum, sed & ceteris disciplinis, canendi, psallendi, medendique scientia, musicus, geometra, pictor, fictor ex ære vel marmore proxime Polyclétos & Euphránoras. Perinde omnino ad ista erat factus, vt elegantius numquam quicquam humane res experta videantur. Memor supra quam cuiquam credibile est, locos, negotia, milites, absentes quoque nominibus recensere.



fere. Immenſi laboris, quippe qui prouincias omnes pedibus  
 circumierit, agmen comitantium præuertens, cùm opida vni-  
 uerſa reſtitueret, augetet ordinibus. Namque ad ſpecimen  
 legionum militarium, fabros, perpendicularatores, archite-  
 ctos, genúsque cunctum exſtruendorum mœnium, ſeu deco-  
 randorum in cohortes centuriauerat. Varius, multiplex,  
 multiformis: ad vitia atque virtutes quaſi arbiter genitus,  
 impetum mentis quodam artificio regens, ingenium inuidum,  
 triſte, laſciuum, & ad oſtentationem ſui inſolens, callidè re-  
 gebat, continentiam, facilitatem, clementiam ſimulans, con-  
 trâque diſſimulans ardorem gloria, quo flagrabat. Acerri-  
 mus ad laceſſendum pariter & reſpondendum ſeriis, ioco,  
 maledictis: reſerre carmen carmini, dictum dicto: prorſus  
 vt meditatam crederes aduerſus omnia. † Huius vxor Sa- 29  
 bina, dum propè ſeruilibus iniuriis afficitur, ad mortem vo-  
 luntariam compulſa eſt. Qua palàm iactabat, quàm im-  
 mane ingenium pertuliſſet: & elaboraſſe, ne ex eo ad huma-  
 ni generis perniciem grauidaretur. Hic morbo ſubtercuta-  
 neo, quem diu placidè pertulerat, victus, dolore ardens, im-  
 patiènſque, plures è ſenatu extinxit. A regibus multis pa-  
 ce occultis muneribus impetrata, iactabat palàm plus ſe otio  
 adeptum, quàm armis ceteros. Officia ſanè publica, &  
 palatina, nec non militia in eam formam ſtatuit, que paucis  
 per Conſtantinum immutatis hodie perſeuerat. Vixit annos  
 ſexaginta duos: dehinc miſerabili exitu conſumptus eſt, cru-  
 ciati membrorum ſerè omnium conſectus, intantum vt  
 crebrò ſeſe interficiendum miniſtrorum fidiſſimis precans of-  
 ferret: ac ne in ſemetipſum ſcuiſſet, cuſtodia cariſſimorum  
 ſeruaretur.

ANTO-



ANTONINVS  
FVLVIVS, seu BOIO-  
NIVS dictus, postea etiam  
PIVS cognominatus,  
imperavit annos viginti  
tres. Iste ab Adriano in fi-  
lium adoptatus, cuius ge-  
ner fuerat, tanta bonita-  
tis in principatu fuit, vt  
haud dubie sine exemplo  
vixerit. Quamuis eum

Numa contulerit at as sua, cum orbem terra nullo bello per an-  
nos viginti tres auctoritate sola rexerit, ad eum tremantibus eum  
atque amantibus cunctis regibus, nationibusque, & populis, vt  
parentem seu patronum magis quam dominum imperatoremue  
reputarent: omnesque vno ore in caelestium morem propi-  
tium optantes, de controuersis inter se iudicem poscerent. Ad  
quem etiam Indi, Bactri, Hyrcani legatos misere, iustitia tan-  
ti imperatoris comperta, quam ornabat vultu sereno & pul-  
cro, procerus membra, decenter validus. Prius quam salu-  
tandus prodiret, degustans panis aliquantulum, ne frigescente  
circum praecordia per ieiunium sanguine, viribus exesis in-  
terciperetur, eoque actuum publicorum laboribus minimè suf-  
ficeret. Quae incredibili diligentia ad speciem optimi patris fa-  
miliæ exsequebatur. Appetentia gloriae carens, & ostenta-  
tione: ad eum mansuetus, vt instantibus Patribus ad eos qui  
contra eum coniuauerant, persequendos, compresserit qua-  
estionem, praefatus NECESSE NON ESSE, SCELE-  
RIS IN SEMETIPSUM CVPIDOS, pertinacius  
indagari: ne si plures reperirentur, quantis odio esset, intelli-  
geretur. Igitur cum esset annorum septuaginta duorum, apud  
Lorios villa propria, millibus passuum duodecim ab vrbe, februi  
paucorum

paucorum dierum post tres atque viginti annos imperij cōsum-  
tus est. Ob cuius honorem, templa, sacerdotes, atque infinita  
alia decreta sunt. Vsq. eò autem mitis fuit, vt cum ob inopiæ  
frumētaria suspiciōne lapidibus à plebe Romana perstringere-  
tur, maluerit ratione exposita placare, quàm vlcisci seditiōnē.



MARCVS autē AN- 31  
TONINVS imperauit  
annos decem & octo. Iste  
virtutum omnium, cele-  
stisque ingenij exstitit, a-  
rumnisque publicis quasi  
defensor obiectus est. Ete-  
nim nisi ad illa tempora  
natus esset, profectò quasi  
vno lapsu ruisent omnia  
status Romani. Quippe

ab armis nusquam quies erat: p̄er que omnē Orientem, Illyri-  
cum, Italianam, Galliamq. bella feruebant: terræ motus non sine  
interitu ciuitatū, inundationes fluminū, lues crebra, locustarū  
species agris infestæ, prorsus vt propè nihil, quo summis ango-  
ribus atteri mortales solet, dici seu cogitari queat, quod non illo

imperante sciuerit. Credo  
diuinitus attributum, VT  
DVM MVNDI LEX,  
SEV NATVRA A-  
LIVDVE QVID HO-  
MINIBVS INCOG-  
NITVM ea mala gignit,  
rektorū consiliis tamquam  
medicinae remedii lenia-  
tur. Is propinquum suum,  
LVCIVM ANNIVM  
VERVM.



VERVM, ad imperij partem nouo beniuolentiae genere ascitit. Qui Verus inter Altinum atque Concordiam iter faciens, ictu sanguinis, quem morbum Graeci ἀπὸ τοῦ Ἰου vocant, vndecimo imperij anno extinctus est. Carminū maxime [Tra-  
 32 gicorum] studiosus, ingenij asperi atque lasciuui. † Post cuius obitum Marcus Antoninus Rempublicam solus tenuit. A principio vite tranquillissimus, adeo, vt ab infantia [vultum] nec ex gaudio, nec ex marore mutauerit. Philosophiae studens, litterarūque Graecarum peritissimus. Hic permisit viris clarioribus, vt conuiuia eodem cultu, quo ipse, & ministris similibus, exhiberent. Hic cum arario exhausto, largitiones, quas militibus impenderet, non haberet, neque indicere provincialibus, aut senatui aliquid vellet: instrumentum regij cultus, facta in foro Traiani sectione, distraxit, vasa aurea, pocula crystallina & murrhina, vxoriam ac suam sericam & auream vestem, multa ornamenta gemmarum: ac per duos continuos mēses venditio habita est, multūmque auri redactū. Post victoriam tamen emtoribus pretia restituit, qui reddere comparata voluerunt. molestus nulli fuit, qui maluit semel emta retinere. Huius tempore Cassius tyrannidem arripiens, extinctus est. Ipse vite anno quinquagesimo nono, apud Venedobonam morbo consumtus est. De eius morte nuntio Romam peruecto, confusa luctu publico Vrbe, senatus in curia veste tetra amictus, lacrymans conuenit. Et quod de Romulo agrè creditum est, omnes pari sensu praesumerunt, Marcum caelo receptum esse. Ob cuius honorem templa, columna, multaque alia decreta sunt.

33 AVRELIVS COMMODOVS Marci Antonini filius, Antoninus & ipse dictus, imperauit annos tredecim. Hic qualis futurus esset, in ipso primordio ostendit. Nam cum in supremis moneretur à parente, attritos iam Barbaros ne permitteret vires recipere: respondit, Ab incolumi quamuis pat-  
 latim,



latim, negotia perfici posse; à mortuo [verò] nihil. Senior omnibus libidine atque auaritia, crudelitate. nulli fidus: magisque in eos atrox, quos amplissimis honoribus donisque ingentibus extulerat. Intantū deprauatus, vt gladiatoris armis sepius in amphitheatro dimicauerit.

Huic Marcia generis libertini, forma tamen meretriciisque artibus pollens, cum animum eius penitus deuinxisset, egresso è balneo, veneni poculum obtulit. Ad extremum ab immisso validissimo palastrita, compressis faucibus exspirauit, anno vitæ tricesimo secundo.



HELVIVS PERTINAX 34

imperauit dies octoginta quinque. Iste coactus [imperauit:] repugnansque Imperiū suscipiens, tale cognomentum sortitus est. Origine gentis sordida, praefecturam Vrbi agens, imperator effectus, scelere Iuliani multis vulneribus obrucatur,

annos natus septem atque sexaginta. Huius caput tota Vrbe circumuectū est. Hoc exitu obiit vir ad humane conuersationis exemplū per laboris genera vniuersa assumtus, prouectusque, vt FORTVNÆ vocaretur PILA. Nā libertino genitus patre apud Ligures in agro squalido Lolly Gentiani, cuius in præ-

in prefectura quoque clientem se esse libentissimè fatebatur, fuit doctor litterarum, quæ à Grammaticis traduntur. Blandus magis quàm beneficus: Vnde eum Græco nomine  $\chi\rho\nu\sigma\beta\omicron\lambda\omicron\gamma\omicron\nu$  appellauere. Numquam iniuria accepta ad vlciscendum ductus. Amabat simplicitatem: communem se affatu, conuiuio, incessu præbebat. Huic mortuo Diui nomen decretum est: ob cuius laudem ingeminatis, ad vocis vsque defectum, plausibus, acclamatum est, Pertinace imperante securi vicinus: neminem timuimus. patri pio, patri senatus, patri omnium bonorum.

35



DIDIVS IVLIA-  
NV S ortu Mediolanen-  
sis, imperauit mensibus  
septem. Vir nobilis, iure  
peritissimus, factiosus, præ-  
ceps, regni auidus. Hoc  
tempore Niger Pescennius  
apud Antiochiam; in Pan-  
nonia Sabaria Septimius  
Seuerus, creatur Augusti.  
Ab hoc Seuero Iulianus in  
abditas palatij balneas du-  
ctus, extenta damnatorum  
modo ceruice, decollatur:  
caputque eius in rostris  
ponitur.

36



SEPTIMIVS SE-  
VERVS imperauit an-  
nos decem & octo. Hic  
Pescennium interemit, ho-  
minem omnium turpitu-  
dinum. Sub eo etiam  
ALBINVS,

ALBINVS, qui in Gallia se Casarem fecerat, apud Lugdunum occiditur. Hic Seuerus filios suos successores reliquit, Bassianum & Getam. Hic in Britannia vallum per triginta duo passuum millia à mari ad mare deduxit. Fuit bellicosissimus omnium, qui




ante eum fuerunt. Acer ingenio, ad omnia quae intendisset in finem perseuerans. Beniuolentia, quod inclinasset, mirabili ac perpetua. Ad querendum diligens; ad largiendum liberalis. In amicos, inimicosque pariter vehemens: quippe qui Lateranum, Cilonem, Anulinum, Bassum, ceterosque alios ditaret, adibus quoque memoratu dignis: quarum praecipuas videmus, Parthorum quae dicuntur, ac Laterani. Hic nulli in dominatu suo permisit honores venundari. Latinis litteris sufficienter instructus. Graecis sermonibus eruditus. Punica eloquentia promptior, quippe genitus apud Leptim provincia Africa. Is dum membrorum omnium, maximè pedū,

dolorē pati nequiret; veneni vice, quod ei negabatur, cibum grauis ac plurima carnis auidius inuasit: quē cum conficere non posset, cruditate pressus, exspirauit. Vixit annos sexaginta quinque.

AVRELIUS AN- 37  
TONINVS BASSIA-  
C NVS



NVS CARACALLA, Seueri filius, Lugduni genitus, imperauit solus annos sex. Hic Bastianus ex aui materni nomine dictus est. At cum è Gallia vestem plurimam deuexisset, tal. resque caracallas fecisset, coëgissetque plebem ad se salutandum indutam talibus introire, de nomine huiusce vestis CARACALLA cognominatus est. Hic fratrem suum



GETAM peremit: ob quam causam, furore pœnas dedit DIRARVM INSECTATIONE, qua non immeritò vltices vocantur: à quo post furore conualuit. Hic corpore ALEXANDRI Macedonis cōspecto, Magnum atque Alexandrū se iussit appellari, assentantiū fal-

lacys eò perductus, vt truci fronte, & ad leuū humerum conuersa cernice, quod in ore Alexandri notauerat incedens, fidem vultus simillimi persuaderet sibi. Fuit impatiens libidinis, quippe qui nouercam suam duxit vxorem. Cū Carras

iter faceret, apud Edessam secedens ad officia naturalia, à milite, qui quasi ad custodiam sequebatur, intersectus est. Vixit annos ferè triginta. Corpus eius Romam relatum est.



MACRINVS cum DIADVMENO filio ab exercitu imperatores creati, imperauerūt menses



ses quatuordecim. & ab eodē exercitu obtruncantur, pro eo, quia Macrinus militarem luxuriam, stipendiaque profusiora comprimeret.

AVRELIVS ANTONIVS VARIVS, 39  
idem HELIOGABALVS dictus, Caracalla ex Semea consobrina occultē stuprata filius imperavit biennio & mensibus octo. Huius matris Semea auus Bassianus nomine, fuerat Solis sacerdos: quem Phœnices, vnde erat, Helio-gabalum nominabant: à quo iste Helio-gabalus dictus est. Is cū Romam ingenti militum & senatus exspe-

ctatione venisset, probris se omnibus cōtaminavit. Cupiditatem stupri, quam adsequi natura defectu non poterat, in se conuertens, muliebri nomine Bassianam se pro Bassiano iusserat appellari. Vestalē virginē quasi matrimonio iungēs suo; abscessi q̄ genit alibus, matri se Magnæ sacravit. Hic Marcellum, qui post Alexander est dictus, cōsobrinū suū, Casarē fecit. Ipse tumultu militari interfectus est. Huius corpus per Urbis vias, more canini cadaveris, à milite tractū est, militari cavillo appellatium, indomite & rabide libidinis catulam. Nouissimè cū angustū



foramen cloacæ corpus minimè reciperet, vsque ad Tiberim ductum, adiecto pondere, ne vñquam emergeret, in fluvium proiectum est. Vixit annos sedecim: atque ex rebus, quæ acciderant, Tiberinus, Tractitiùsque appellatus est.

40



SEVERVS ALEXANDER imperavit annos tredecim. Hic bonus reipublicæ, fuit arünosus. Sub hoc imperante, Taurinus Augustus effectus, ob timorem ipse se Euphrati fluvio obiecit. Tunc etiam Maximinus regnum arripuit, pluribus de exercitu corruptis.

Alexander verò cum deserit se [met] à stipatoribus vidisset, matrem sibi causam fuisse mortis exclamans, accurrenti percussori, obuoluto capite, cervicem [suam] validè compressas præbuit, anno vitæ vicesimo sexto. Huius mater Mamaea, eò filiù coëgerat, vt illa ipsa quamvis permodica, si mensæ prandiòque superessent, alteri conuiuio reponerentur.

41



IVLIVS MAXIMINVS Thrax, è militaribus, imperavit annos tres. Is dum persequitur pecuniosos, infontes pariter noxiòsque, apud Aquileiam seditione militù discerptus est vnà cum filio, conclamantibus cunctis militari ioco, ex PESSIMO GENERE NE  
CATV-



CATVLVM HABENDVM. Huius imperio duo GORDIANI, pater & filius principatum arripientes, vnus post vnum interiere. Pari etiam tenore PVPIENVS & BALBINVS regnum inuadentes, perempti sunt.



GORDIANVS ne- 42  
 pos Gordiani ex filia, ortus Roma clarissimo patre, imperauit annos sex. Apud Ctesiphontem, a Philippo Praefecto praetorio accensis in seditionem militibus, occiditur anno vitae vndeicesimo. Corpus eius prope fines Romani Persicique imperij positum, no-

C 3 men

men loco dedit SEPVLCRVM GORDIANI.

43



MARCVS IV-  
LIVS PHILIPPVS  
imperavit annos quinque.  
Verona ab exercitu inter-  
fectus est, medio capite su-  
pra ordines dentium præ-  
ciso. Filius autem eius  
CAIVS IVLIUS  
SATVRNINVS, quē  
potentia sociaverat, Romæ  
occiditur agens vitæ annū

duodecimum: Aded seueri & tristis animi, vt iam tum à  
quinquenni atate, nullo prorsus cuiusquam commento ad  
videndum solui potuerit: patrēque ludis secularibus petu-  
lantius cachinnantem, quamquam adhuc tener, vultu nota-  
uerit auersato. Is Philippus humillimo ortus loco fuit, patre  
nobilissimo latronum ductore.

44



DECIVS è Panno-  
nia inferiore, Bubalia na-  
tus, imperavit menses tri-  
ginta. Hic Decium filium  
suum Casarem fecit: vir  
artibus cunctis, virtutibus-  
que instructus, placidus &  
communis domi: in armis  
promptissimus. In solo Bar-  
barico inter confusas tur-  
bas gurgite paludis sub-

mersus est, ita vt nec cadaver eius potuerit inueniri. Filius ve-  
rò eius bello extinctus est. Vixit annos quinquaginta. Huius  
temporibus Valens Licinianus imperator effectus est.

VI-

sus. Iste in Italia tribus præliis victor fuit, apud Placentiam, iuxta amnem Metaurum ac sanam Fortuna, postremò Ticinensibus [in] campis. Huius tempore apud Delmatas Septimius imperator effectus, mox à suis oberuncatur. Hoc tempore in vrbe Roma monetarij rebellarunt, quos Aurelianus victor vltima crudelitate compefcuit. † Iste primus apud Ro- 50  
manos **DIADEMA** capiti innexuit: gemmisque, & aurata omni veste, quod adhuc ferè incognitum Romanis moribus videbatur, vsus est. Hic muris validioribus & laxioribus Urbem sepsit. Porcina carnis vsus populo instituit. Hic Tetricum, qui imperator ab exercitu in Galliis effectus fuerat, correctorem Lucaniae prouexit, aspergens hominem elegantii ioco, Sublimius habendum regere aliquam Italiae partem, quam trans Alpes regnare. Nouissimè fraude serui sui, qui ad quosdam militares viros amicos ipsius, nomina pertulit annotata, falso manum eius imitatus, tamquam Aurelianus ipsos pararet occidere, ab iisdem interfectus est [in] itineris medio, quod inter Constantinopolim & Heracliam est. Fuit seuus & sanguinarius, & trux omni tempore, etiam filij sororis interfector. Hoc tempore septem mensibus inter regni species euenit.

**TACITVS** post hunc 51  
suscepit imperium, vir egregie moratus: qui ducentesimo imperij die apud Tarsum febri moritur.



HVIC



Huic successit FLO-  
RIANVS. Sed cùm ma-  
gna pars exercitus equi-  
tum, Probum militia pe-  
ritum legisset, Florianus  
dierum sexaginta quasi  
per ludum imperio vsus,  
incisis à semetipso venis,  
effuso sanguine consum-  
tus est.

52



PROBVS genitus  
patre agresti, hortorum  
studioso, Delmatio san-  
guine, imperavit annos  
sex. Iste SATURNI-  
NUM in Oriente, PRO-  
CVLVM & BONO-  
SVM Agrippina impera-  
tores effectos oppressit.  
VINEAS Gallos &  
Pānonios habere permisit.  
Opere militari Almam  
montem apud Sirmium,  
& Aureum apud Mœ-  
siam superiorem, vineis  
consequit. Hic Sirmij in  
turri ferrata occiditur.

53



CARVS Narbo-  
na natus imperavit an-  
nos duos. Iste confestim  
CARI-



CARINVM & NUMERIANVM Caesares fecit. Hic apud Ctesiphōta ictu fulminis interijt.

NUMERIANVS quoque filius eius, cūm oculorū dolore correptus [in] lecticula veheretur, impulsore Apro, qui socer eius erat, per insidias occisus est.

Cūm dolo occultaretur ipsius mors, quousq. APER inuadere pōsset imperium, factore cadaveris scelus est proditū. Hinc SABINVS



IULIANVS inuadēs imperium, à Carino in campis Veronēsis occiditur. Hic Carinū omni- bus se sceleribus inquinavit. Plurimos innoxios fictis criminibus occidit. Matrimonia nobilium corruptit. Condiscipulis quoq. qui eū in auditorio verbi fatigatione taxaverūt, perniciosus fuit. Ad extremum trucidatur eius precipuē tribuni dextera, cuius dicebatur coniugem polluisse.



DIOCLETIANVS Del- 45  
mata, Anulini senatoris libertinus

bertinus, matre pariter atque opido nomine Dioclea, quorum  
vocalibus, donec imperium sumeret, Diocles appellatus, vbi  
orbis Romani potentiam cepit, Graium nomen in Roma-  
num morem conuertit, imperauit annis viginti quinque.



IS MAXIMIANVM  
Augustum effecit. CON-  
STANTIVM & GAL-  
LERIVM MAXI-  
MIANVM cognomēto  
ARMENTARIVM,  
Caesares creauit, tradens  
Constātio THEODORAM  
Herculij Maximiani pri-  
uignā abiecta vxore priori.  
Hoc tempore CARAV-

SIO in Galliis, ACHILLEVS apud AEGYPTŪ, IULI-  
ANVS in Italia imperatores effecti, diuerso exitu periere. E  
quibus Iulianus acto per costas pugione, in ignem se abiicit.  
Diocletianus verò apud Nicomediam sponte imperiales fasces  
relinquens, in propriis agris consenuit. Qui dum ab Hercu-  
lio atque Galerio ad recipiendum imperium rogaretur, tam-  
quam pestem aliquam detestans, in hunc modum respondit,  
Vtinam Salona possētis visere olera nostris manibus instituta,  
profectò numquam istud tentandum iudicaretis. Vixit annos  
sexaginta octo, ex quibus communi habitu propè nouem egit.  
Morte consumtus est, vt satis patuit, per formidinem volun-  
taria. Quippe cū à Constantino atq. Licinio vocatus ad fe-  
sta nuptiarū, per senectam, quo minus interesse valeret, excu-  
saussset, rescriptis minacibus acceptis, quibus increpabatur  
Maxentio fauisse, ac Maximino fauere, suspectans necem  
55 dedecorosan, venenum dicitur hausisse. † His diebus

CON-



autem fuit (licet inculta agrestique iustitia) satis laudabilis, pulcher corpore, eximius & felix bellator, ortus parentibus agrariis, pastor armentorum: vnde ei cognomen ARMEN-TARIUS fuit. Ortus Dacia Ripensi, ibique sepultus est: quem locum Romulianum ex vocabulo Romula matris appellarat. Is insolenter affirmare ausus est, matrem more Olympiadis Alexandri Magni creatricis, compressam dracone semet concepisse. GALERIUS MAXIMINUS sorore Armentarij progenitus, veròque nomine ante imperium DAZA dictus, Caesar quadriennio, dehinc per Orientem Augustus triennio fuit: ortu quidem atque instituto pastorali, verum sapientissimi cuiusque, ac litteratorum cultor, ingenio quieto, vini avidior. Quo ebrius, quadam corrupta mente aspera iubebat: qui cum pigeret factum, differri, qua precepisset, in tempus sobrium, ac matutinum statuit. † Alexan- 58-  
der fuit Phryx origine, ingenio timidus, inferior aduersus laborem vitio senectæ. His omnibus absuntis, imperij iura penes Constantinum & Licinium deuenere.



CONSTANTI-  
NVS Constantij impera-  
toris & Helena filius, im-  
perauit annos triginta.

Hic dum iuuenulus à Ga-  
lerio in vrbe Roma religio-  
nis specie obses teneretur,  
fugam arripiens, atque ad  
frustrandos insequentes, pu-  
blica iumenta, quaqua iter  
ageret, interficiens, ad pa-

triam in Britanniam peruenit: & fortè eisdem diebus ibidem  
Constantium parentem fata vltima perurgebant. Quo mor-  
tuo, cunctis qui aderant annitentibus, sed præcipuè Eroco

D

Ala-

Alamannorum rege, auxilij gratia Constantium comitato, imperium capit. Hic sororem suam Constantiam Licinio



Mediolanum accito cōiungit: filiūque suum CRISPVM nomine, ex Mineruina concubina susceptum, item Cōstantinum, iisdem diebus natum opido Arelatensi, Licinianūque Licinij filium, mensium ferè viginti, Caesares effecit. † Verūm enim-

59

uerò vt IMPERIA DIFFICILE CONCORDIAM CUSTODIUNT, disidium inter Licinium Constantinūque exoritur: primūque apud Cibalas iuxta paludem Hiulcam nomine, Constantino nocte castra Licinij irrupente, Licinius fugam petijt: Byzantiūque fuga



volucris peruenit. Ibi MARTINIANVM officiorum magistrum Caesarem creat. Dehinc Constantinus acie potior apud Bithyniam adegit Licinium pacta salute indumētum regium offerre per vxorem. Inde Thessalonicam missum, paulo pōst eum Martinianūque iugulari iu-

bet. Hic Licinius annum dominationis ferè post quintumdecimum, vite proximè sexagesimum, occiditur. auaritie cupi-

cupidine omnium pessimus, neque alienus à luxu venerio, asper admodum, haud mediocriter impatiens: infestus litteris: quas per insciam immodicam, virus ac pestem publicam nominabat, præcipuè forenses industrias. Agraribus planè, ac rusticantibus, quia ab eo genere ortus altusq. erat, satis utilis: ac militie custos ad veterum instituta seuerissimus. SPADONVM & AVLICORVM omnium vebemens domitor, tinea soricésque palatij eos appellans.

† At Constantinus obtento totius Romani imperij, mira 60  
 bellorum felicitate, regimine, Fausta coniuge, vt putant, suggerente, Crispum filium necari iubet. Dehinc vxorem suam Faustam in balneas ardentes coniectam interemit, cum eum mater Helena dolore nimio nepotis increparet. Fuit verò vltra quàm estimari potest, laudis avidus. Hic Traianum herbam parietariam ob titulos multos edibus inscriptos, appellare solitus erat. Hic pontem in Danubio construxit. Habitum regium gemmis, & caput exornans perpetuo diademate. Commodissimus tamen rebus multis fuit: CALVMNIAS sedare legibus seuerissimis: nutrire artes bonas, præcipuè STVDIA LITTERARVM: legere ipse, scribere, meditari, audire legationes, & querimonias prouinciarum. † Cùmque liberis filioque fratris 61  
 Delmatio, Caesaribus confirmatus, tres & sexaginta annos vixisset, ex quibus dimidios ita, vt tredecim solus imperaret, morbo consumtus est. Irrisor potius quàm blandus. Vnde prouerbio vulgari, Trachala decem annis præstantissimus, duodecim sequentibus latro, decem nouissimis pupillus, ob profusiones immodicas nominatus. Corpus sepultum in Byzantio, Constantinopoli dicta. Quo mortuo, Delmatius militum vi necatur. Ita ad tres orbis Romani dominatio redacta est, Constantinum, & Constantium, ac Constantem

filius Constantini. Hi singuli has partes regendas habuerunt:



CONSTANTINVS Iunior cuncta trās alpes: CONSTANTIVS à freto Propontidis, Asiam atque Orientem: CONSTANS Illyricum, Italiámque, & Africam, Delmatiam, Thraciam, Macedoniámque, & Achaiam: ANIBALIANVS Delmatij Caesaris consanguineus, Armeniam, nationésque circumso-  
cias.

62



Interim ob Italia, Africae que ius dissentire statim Constantinus, & Constans [cæperunt.] Constantinus latrocinijs specie dum incautus, fœdèque temulentus in a-

hena irruit, obtruncatus est, proiectusque in fluvium, cui nomen Alsa est, non longè ab Aquileia. Constans verò venandi cupidine [ductus], dum per silvas saltusque erraret, conspirare aliquanti militares in eius necè, auctoribus Chrestio & Marcellino, simulq; Magnentio: qui vbi patrandi negotij dies placuit, Marcellinus natalem filij simulans, plerisque ad cenam rogat. Itaq; in multam noctem conuiuio celebrato,

MA-



MAGNENTIVS  
quasi ad ventris secreta se-  
cedens, habitum venera-  
bilem capit. Ea re cognita,  
Constans fugere conatus,  
apud Helenam opidū Py-  
renæo proximum, à Gai-  
sone cum lectissimis misso  
interficitur anno tertio de-  
cimo Augustæ dominatio-  
nis (nam Cæsar triennio

fuerat) aui septimo vicesimòque. Hic fuit debilis pedibus ma-  
nibusque, articulorum dolore: fortunatus cali temperie, fru-  
ctuum prouentu, nulla à Barbaris formidine: qua profectò  
maiora fierent, si prouinciarum rectores non pretio, sed iudi-  
cio prouexisset. † Huius morte cognita, VETRANIO 63  
magister militum imperium in Pannonia apud Mursiam cor-  
ripuit: quem Constantius non post multos dies regno exiit,  
grandaeva ætati non vitam modò, sed etiam voluptariū otium  
concedens. Fuit autem propè ad stultitiam simplicissimus.

CONSTANTIUS GALLVM fratrem patrualem



Cæsarem pronuntiat, so-  
rorem Constantinam illi  
coniungēs. MAGNEN-  
TIVS quoque DE-  
CENTIVM consangui-  
neum suū trans alpes Cæ-  
sarem creauit. His diebus  
Roma NEPOTIANVS  
Eutropie Constantini so-  
roris filius, hortibus per-  
ditis, Augusti nomen rapit:

D 3 quem

quem octavo die vicesimoque Magnentius oppressit. Hoc tempore Constantius cum Magnentio apud Mursiam dimicans vicit. In quo bello pene numquam amplius Romana consumpta sunt vires, totiusque imperij fortuna pessumdata. Dehinc cum se Magnentius in Italiam recepisset, apud Ticinum plures fudit; incautus, & ut in victoria solet, audacius persequentes. Nec multo post apud Lugdunum coangustatus, gladio occulte prouiso, ictum pulsu parietis iuuans, transfosso latere; ut erat vasti corporis, vulnere, naribusque & ore cruorem effundens; mense imperij quadragesimo secundo, & 64 tatis anno prope quinquagesimo, exspirauit. † Ortus parentibus barbaris, qui Galliam inhabitant, legendi studio promotus, sermonis acer, animi tumidi, & immodice timidus: artifex tamen ad occultandam audacie specie formidinem. Eius morte audita, Decentius laqueo fascia ad collum posito, vitam finiuit. Hoc tempore Gallus Caesar à Constantio occiditur. Imperauit annos tres. SILVANVS imperator effectus, die imperij vicesimo octavo perimitur. Fuit ingenio blandissimus. Quamquam barbaro patre genitus, tamen institutio 65 Romana satis cultus & patiens. † CON



TIVS CLAVDIUM IULIANVM, fratrem Galli, honore Caesaris assumit, annos natum ferè tres atque viginti. Iste in campis Argentoratensibus apud Gallias, cum paucis militibus, infinitas hostium copias deleuit. Stabant acervi montium similes: fluebat cruor fluminum modo, captus rex nobilis Chondomarius: fusi ceteros optimates: redditus li-

redditus limes Romana possessionis: ac postmodum cum Ala-  
 mannis dimicans, potentissimum eorum regem Badomarium  
 cepit. Hic à militibus Gallicanis Augustus pronuntiatur. Hinc  
 Constantius vrgerè legationibus, vt in statum noménq. pristi- 66  
 num reuertatur. Iulianus mandatis mollioribus refert se sub  
 nomine celsi imperij multo officiosius pariturum. † Hinc Con-  
 stantius magis magisq. ardens dolore, atque, vt erat taliū im-  
 patiens, in radicibus Tauri montis apud Mopsocrenen febrī  
 acerrima, quam indignatio nimia vigilis augebat, interit an-  
 no sui quarto & quadragesimo, imperij nono atque tricesi-  
 mo, verum Augustus quarto vicesimoque: octo solus, cum fra-  
 tribus atque Magnentio sedecim, quindecim Caesar. Felix  
 bellis ciuilibus, externis lacrymabilis: mirus artifex in sagit-  
 tis: à cibo, vinoque & somno multum [in] temperans. pa-  
 tiens laboris, facundiæ cupidus: quam cum assequi tarditate  
 ingenij non posset, aliis inuidebat. Spadonum, aslicorumque  
 amori deditus, & vxorum: quibus contentus, nulla libidine  
 transuersa, aut iniusta polluebatur. Sed ex coniugibus, quas  
 plurimas sortitus est, præcipue Eusebiam dilexit, decoram qui-  
 dem, verum per Amantias, & Gorgonias, & alia impertuna  
 ministeria vexantem famam viri contra, quam FEMINIS  
 MODESTIORIBVS mos est: quarū sepe præcepta ma-  
 ritos iuuant. Namque vt ceteras omittam, Pompeia Plotina,  
 incredibile dictu est, quanto auxerit gloriā Traiani: cuius pro-  
 curatores cum prouincias calamniis agitaret, adeo vt vnus ex  
 eis diceretur locupletiuū quemq. ita conuenire: *Qua habes [ad  
 mensam?] alter, Vnde habes? tertius, Pone qua habes: illa cō-  
 iugem corripuit: atq. increpās, quod laudis esset incuriosus; ta-  
 lē reddidit, vt postea exactiones improbens & detestans, FIS-  
 CVM LIENEM vocaret, q̄ eo crescēte, artus reliqui tabescant.*  
 † Igitur Iulianus redacta ad vnum se orbis Romani curatione, 67  
 glorie nimis cupidus, in Persas proficiscitur. Illic à transfuga  
 quodam

quodam in insidias deductus, cum eum hinc inde Parthi irgerent, è castris iam positis, arrepto tantum clypeo procurrit. Cumque inconsulto ardore nititur ordines ad prælium componere, ab vno ex hostibus & quidem fugiente, conto percutitur. Relatusque in tabernaculum, rursusque ad hortandos suos egressus, paullatim sanguine vacuatus, circa noctis ferè medium defecit, præfatus, consultò sese de imperio nihil mandare, ne, uti solet, in multitudine discrepantibus studiis amicorum, ex invidia reipublicæ, DISCORDIA EXERCITVS periculum pararet. Fucrat in eo litterarum ac negotiorum ingens scientia. Aequauerat philosophos, & Graecorum sapientissimos. Vsu promptior corporis, quam validior quidem, sed brevis fuit. Hæc minuebat quarundam rerum neglectus modus. Cupido laudis immodica: cultus numinum superstitiosus: audax plus, quam IMPERATOREM DECEAT: cui salus propria, cum semper ad securitatem omnium, [tum] maximè in bello conseruanda est. Ita illum cupido gloriæ flagrantior peruicerat, ut neque terræmotu, neque plerisque præfagiis, quibus vetabatur petere Persidem, adductus sit finem ponere ardori: ac ne noctu quidem visus ingens globus calo labi, diem belli cautam præstiterit.

68



IOVIANVS gentis patre Varroniano, incola agri Singidonensis pro-uincia Pannonia imperauit menses octo. Eius patri, cum liberos crebros amitteret, præceptum somnio est, eum, qui iam instante vxoris partu edendus foret, diceret Iouianum. Hic fuit insignis corpo-



corpore, latus ingenio, litterarum studiosus. Hic [dum] à Perside hieme aspera mediâque Constantinopolim accelerans, cruditate stomachi, tectorio noui operis grauatus [esset] repente interit, annos gerens proximè quadraginta.



## VALENTINIA- 69

NVS imperauit annos duodecim, minus diebus centum. Huius pater Gratianus mediocri stirpe ortus apud Cibalas, Funarius appellatus est, eo quòd venalitiùm funem portanti quinque milites nequirent extorquere.

Eo merito adscitus in militiam, vsque ad praefectura pratoriana potentiam conscendit: ob cuius apud milites commendationem, Valentiniano imperium resistenti aggeritur. Hic Valentem consanguineum suum sibi socium in imperio adsciuit: ac demum Gratianum filium, necdum plene puberem, hortatu socrus & vxoris Augustum creauit. Hic Valentinianus fuit vultu decens, solers ingenio, animo grauis, sermone cultissimus. Quamquam enim ad loquendum parcus, seuerus, vehemens, infestus tamen vitis, maximèque auaritia: cuius punitor ipse fuit acer. & in iis quae memoraturus sum, Hadriano proximus. Genera vetustissimorum meminisse, noua arma menditari: fingere terra seu limo simulacra: prudenter vti locis, temporibus, sermonibus: atque, vt breuiter concludam, si ei infidis hominibus, quibus sese quasi fidiissimis prudentissimisque dederat, carere, aut probatis, cruditisque monitoribus vtilicuisset, perfectus haud dubiè princeps enituisset. † Huius 70

stinguitur. Valentinianus apud Bergentionem legationi Quadorum respondēs, anno cui quinto & quinquagesimo, impetu sanguinis, voce amissa, sensu integer, exspiravit. Quod quidem intemperātia cibi, ac saturitate, qua artus diffuderat, accidisse



71

plures retulere. Itaque eo mortuo, VALENTINIANVS adhuc quadriēnis, auctore Equitio, ac Merobaude propinquo, vbi cum matre fuerat allatus, creatus est imperator.



VALENS vnā cum VALENTINIANO germano suo, de quo diximus, regnavit annos tredecim, mēses quinque. Hic Valens cum Gotthis lacrymabili bello cōmisso, sagittis sauciis, in casam deportatur vilissimā: vbi superuenientibus Gotthis, igniq; supposito, incendio concrematus est. In quo probāda hac fuere. Fuit possessoribus cōsultor bonus. mutare iudices rarius in amicos fid<sup>o</sup>.

irasci sine noxa ac periculo cuiusque. sanē valde timidus. Huius tēporibus PROCOPIVS tyrannidē inuadēs, exstinguitur.

72 GRATIANVS genitus Sirmij, imperavit cū patre Valentiniano annos octo, dies octoginta quinq.: cū patruo & fratre tres: cū eodē fratre ac Theodosio quatuor: & [cū] his omnibus accedēte Arcadio, mēses sex. Hic apud Argentariū opidū

Gallia



Gallie triginta Alamāno-  
rū millia in bello exstinxit.  
Hic cum animaduertisset,  
Thraciam Daciāmq. tam-  
quam genitales terras pos-  
sidētibus Gotthis, Taisalis,  
atq. omni pernicie atrocio-  
ribus Hannis, & Alanis,  
extremū periculū instare  
nomini Romano; accito ab  
Hispania THEODOSIO,

cunctis fauentibus, agenti annū à tricesimo tertium, in pericū  
cōmittit. † Fuit autē Gratianus litteris haud mediocriter in- 73  
stitutus: carmen facere, ornatè loqui, explicare controuersias,  
Rhetorū more, nihil aliud die noctūq. agere quā spiculis me-  
ditari: summaeq. voluptatis, diuinaeq. artis credere serire [pe-  
ritè sibi] destinata. Parcus cibi somnūq.; & vini ac libidinis vi-  
ctor, cunctisq. fuisset plenus bonis, si ad cognoscendā Reipub.  
gerēda scientiā animū intēdisset, à qua propè alienus, nō modò  
volūtate, sed etiā exercitio fuit. Nā dū exercitiū negligeret, &  
paucos ex ALANIS, quos ingenti auro ad se trāstulerat, ante-  
ferret veteri ac Romano militi, adeoq. Barbarorū comitatu et



propè amicitia capitur, vt  
nonnūquā eodē habitu iter  
faceret, odia cōtra se mili-  
tū excitauit. Hoc tēpore cū  
MAXIMVS apud Britan-  
niā tyrannidē arripuisset,  
& in Galliā trāsmisisset, ab  
insensis Gratiano legioni-  
bus exceptus, Gratianū su-  
gauit: nec morā exstinxit.  
Qui vixit annis xxxviii.

THEO-



THEODOSIVS genitus patre HONORIO, matre THERMANTIA, genere Hispanus, originem à Traiano principe trahens: à Gratiano Augusto apud Sirmium imperator effectus, regnavit annos decem & septem. Huic ferunt nomen somnio parentes

monitos sacrauisse, ut Latine intelligamus, A Deo datum. De hoc etiam oraculo in Asia divulgatum est, eum Valenti successurum, cuius nomen [ e ] Θ & Ε & Ο atque Δ Græcis litteris initiaretur. Qua cognatione principij deceptus THEODORVS, cum sibi imperium presumeret, scelestæ cupidinis supplicia persolvit. Fuit autem Theodosius propagator Reipublicæ, atque defensor eximius. Nam Hunnos & Gotthos, qui eam sub Valente defatigassent, diversis præliis vicit. Cum Persis quoque petitus pacem pepigit. Maximum autem tyrannum, qui Gratianum interfecerat, & sibi Gallias vindicabat, apud Aquileiam exstinxit: Victoremque eius filium, intra infantia annos à Maximo patre Augustum factum, necavit. † Eugenium quoque tyrannum, atque Arbogastem superavit, deletis eorum decem millibus pugnatorum. Hic etenim Eugenius confusus viribus Arbogastis, postquam apud Viennam Valentinum exstinxerat, regnum inuasit: sed mox simul cum vita imperium perdidit. Fuit autem Theodosius moribus & corpore Traiano similis, quantum scripta veterum, & pictura docent. Sic eminent status, membra eadem, par casaries, os, absque eo, quod illi aliquantum velendo steriles genæ, neque tam ingentes oculi erant, nescio an  
& tanta

& tanta gratia, tantusque flos in facie, seu tanta dignitas  
 in incessu. Mens verò prorsus similis, aded vt nihil dici queat,  
 quod non ex libris in istum videatur transferri. Clemens ani-  
 mus, misericors, communis, solo habitu differre se ceteris pu-  
 tans: in omnes homines honorificus, verum effusus in bonos:  
 simplicia ingenia equè diligere, erudita mirari, sed innoxia:  
 largiri magno animo magna: amare ciues vel priuato contu-  
 bernio cognitos, eosque honoribus, pecunia, beneficiis ceteris  
 munerari, præsertim quorum erga se aspero casu officia pro-  
 bauerat. † Illa tamen, quibus Traianus aspersus est, vino- 76  
 lentiam & cupidinem triumphandi, vsque eò detestatus [est,]  
 vt bella non mouerit, sed inuenerit: prohibueritque lege, mini-  
 stria lasciuia, psaltriaque comissionibus adhiberi: tantum  
 pudori tribuens & continentia, vt consobrinarum nuptias ve-  
 tuerit, tamquam sororum. Litteris, si multum perfectos  
 contemplerur, mediocriter doctus: sagax planè, multumque  
 diligens ad [ cog]noscenda maiorum gesta. E quibus non  
 desinebat exsecrari, quorum facta superba, crudelia, libertati  
 infesta legerat, vt Cinnam, Marium, Sullamque, atque vni-  
 uersos dominantium, præcipuè tamen perfidos & ingratos.  
 Irasci sanè rebus indignis, sed flecti citò: vnde modica dila-  
 tione emolliabantur aliquando seuera præcepta. Habuitque  
 à nature munere, quod Augustus à philosophia\* doctore [di-  
 dicerat.] Qui cum vidisset eum facile commoueri, ne aspe-  
 rum aliquid statueret, monuit, [vt] vbi irasci cœpisset, qua-  
 tuor atque viginti Græcas litteras memoria recenseret: vt illa  
 concitatio, que momenti est, mente aliò traducta, parui tem-  
 poris interiectu languesceret. † Melior haud dubie, quod est 77  
 rare virtutis, post auctam annis potentiam regalem, multo-  
 que maxime post ciuilem victoriam. Nam & annonæ curam  
 sollicitius attendere, & auri argentique grande pondus sub-  
 lati, atque expensi à tyranno, multis è suis restituere, cum be-  
 nigni

nigni principum, & quidem vix fundos solerent nudos, ac de-  
formata prædia, concedere. Iam illa minutiora, & vt dici-  
tur, INTRA AVLAM: quæ quidem quia occulta sunt,  
magis natura hominum curiose oculos aurisque ad se trahunt:  
patrum colere tamquam genitorem: fratris mortui sororis-  
que liberos habere pro suis: cognatos affinesque parentis animo  
complecti: elegans lætiumque conuiuium dare, non tamen



sumtuosum: miscere colloquia pro personis, studio, dignitatibus, sermone cum grauitate iucundo: blandus pater, concors maritus. Exercebatur neque ad illecebras, neque ad lassitudinem. ambulationibus magis, cum esset otium, resiciebat animū: ac vescendi continentia valetudinē regebat: sicq; in pace, rebus humanis, annum agens quinquagesimum, apud Mediolanum excessit: vtramque Rempublicam vtrique, id est, ARCADIO ET HONORIO, quietam relinquens. Corpus eius eodem anno Constantinopolim translatum atque sepultum est.

FINIS.

AND.

IN EPITOMAM QVÆ  
AVRELIO VICTORI  
TRIBVITVR,  
SCHOLIA.

*Quibus Emendationum ratio explicatur,  
& Historia illustratur.*



**D**E VITA] Vulgatam libri inscriptionem retinui: non celabo tamen lectorem quam in M. S. Perri Pithoëi viri doctissimi *ἰμπερατορῶν* reperiri: Incipit libellus de vita & moribus Imperatorum, breuiatus ex libris Sex. Aur. Victor.

à *Cesare Augusto vsque ad Theodosium*. A quo vetus codex Floriacensis, qui est Pe. Danielis, non admodum variat, nisi quòd *Victorini* pro *Victoris* integrè scriberet. Quomodo & Elgaldus cœnobij Floriacensis monachus, in vita Roberti regis appellat: Sed is bibliothecæ suæ librum m. s. religiosè secutus est. Depravatum hoc nomen in Paulli Diaconi vulgatis editionibus, qui lib. De gestis Longobardorum secundo, Apenninas Alpes describens, *Sunt, inquit, qui Alpes Cotias & Apenninas unam dicant esse prouinciam: sed hos Victoris (excusi quidam dictores, malè, meliores lib. Victorini) reuincit historia, qua Alpes Cotias per se prouinciam appellat.* Quæ hodieque in Nerone exstant nouæ veterisque editionis Aurelij Victoris: de quo quidem auctore plura in Prolegomenis dicere memini. Ceterum antiquiss. exemplum, quod nuper Iac. Cuiacius I. C. torum nostri temporis facilè princeps Biturigibus ad me misit, SEX. AVR. VICTORINI disertim præfert: vt fortè Racemator hic à Victore cuius quædam exscribebat, Victorinum sese appellarit: quo de alij iudicabunt. Mihi certè studio fuit, indicare quàm feliciter Lauernæ litasset, & vnde potissimum vvas decerpisset; à Tranquillo nimirum, Victore, Ammiano, Eutropio, ceteris. Hinc factum, vt maior quàm vellem, hic Commentarius appareat.

*Sanctio-*

*Sanctiori nomine*] Editio Laur. Abstemij, quæ est Augustæ edita, habet, *seueriori*: vulgata tamen lectio magis placet, ex Sueton. cap. viij. sic enim dicis causa appello. Nam Suetonius scriptus, libris ferè, non capitibus, numerisque diuisus est.

*Regionem Aegypti*] Perturbatus locus; quem si lib. M. s. s. paterentur, sic reponerem ex XI I X. Suetonij, vnde, vt plerique, transcriptus est. *in prou. formam redactam, vt annonæ, &c.* vel illa: *inundatione Nili accessu difficilem inuiamq; paludibus,* sic collocanda: *quam inundatione Nili a. d. i. q; p. vt annonæ.* De Aegypto Romanorum horreo multa Geographi.

2 *Ratos*] Alij *Rhatos*, Pithoëi codex *Rethos* scribit: Floriacensis *Rhetos*. Et mox, *provinciarum numero populo Rom. coniunxit.* Lege Sueton. XXI. cap.

*Sicambros*] Aliter Sueton. Sueuos & Sicambros deditos in Galliam traduxisse, atque in proximis Rheno agris collocasse. cap. XXI. Rectius igitur Augustana editio delet *deleuit*. Porro in M. s. s. libris lapidibusque antiquis *Sygambri* appellantur, vt & *συγάμυροι* à Strabone lib. vij. cui noitrum, u, respondet. Mox *stipendiarios* M. s. s. nostri præferunt, & *creandiq; reges* accusandi calu utrumque; vt & Veronensis editio longè optima, quam ego omnium primam typis editam fuisse opinor; à Io. Iucundo, cuius & in Cæsaris Commentarios industria exstat, erutam. Hic mihi quarti manuscripti instar est, ita præclara veteris scripturæ vestigia retinet, nihil pænè ab illis euarians.

*Adeò namque*] denique habet M. s. s. & infra, *bellum indixerit iactantisq;* melius.

*Folia infructuosa*] In eandem sententiam apud Macrobiū Cicero v. 1. de Repub. *Quamquam sapientibus conscientia ipsa factorum egregiorum amplissimum virtutis pramiū est; tamen illa diuina virtus non statuas plumbo inhaerentes, nec triumphos arefcentibus laureis; sed stabiliora quadam & viridiora pramiarum generā desiderat.* Eidem lib. i. ad Attic. Cato pro centum militibus est, qui currum triumphantis sequebantur.

*Quicquid commodè geritur*] M. s. gereretur, & Augustana editio quod: iidē scribunt, vt & Veron. maioris amolamenti spe.

*Hamo aureo piscantibus.*] Rete aurato, purpura coccoque funibus nexis piscatum Neronem auctor Sueton. Ner. cap. xxx. & Orosius lib. v. i. t. cap. v. i. i. Eutropius verò lib. vi. i. blatteos funes vocat, quos illi purpurcos.

Et Pro



*Et Proprator casus*] *Casus* a fuit à M S S. Tres legiones cum duce Quinctilio Varo, legatisque, & auxiliis omnibus cæsa. Tranquillus XXI II. cap. & Tiberio XVI I. Tacitus de moribus Germanor. Q. Sulpicio Camerino, G. Poppeio Sabino Cofs. a. d. III I I. Non. Sextiles, quo & Cannensis clades accepta, Dio lib. LVI. L. Annæus Florus lib. III I. Paternulus lib. I I. Præter tres legiones totidemque alas, etiam sex cohortes numerat.

*Incessu*] M S S. *incurfu*, quomodo & Basilienses editiones Frobenij, & Andr. Cratandri & sup. iidem *in tantum accidisse perdol.* Adeo consternarum ferunt, ut per continuos mentes barba capilloque submisso, caput interdum foribus illideret, vociferans, *Quinctili Vare, redde legiones*: diemque cladis quotannis matum habuerit, ac lugubrem. Sueton. c. XXI I I. Orosius lib. V I. c. XXI.

*Milites commilitones*] Tranquillus Cæf. LXVII. Augusto XXV. cap. Cæsar ipse III. Commentar. belli ciuilib. Missionem verò cum vrbs periculo flagitantes, *Quirites* appellabat. Idem Sueton. Cæfare LXX. cap. Quæ sequuntur petenda ex cap. LVII. & LXVI. eiusdem.

*Ob taciturnitat. Mæcenat. ob pat.*] *Ανισχητός* hæc dicit, nisi à Suetonio, vnde exscripta sunt, dislenserit. *Desiderauit* (inquit Tranq. LXVI.) *nonnumquam & M. Agrippa patientiam, & Mæcenatis taciturnitatem.* cer. fefellit fortè Racematore vocis *desiderauit ἀμφιβολία.* Vt citius enim ille dixisset: *Desiderauit in Agrippa patientiam, & Mæcenate taciturnitatem.* Desideramus enim quibus alij præditi, ipsi caremus: & milites aliquot desideratos dicimus. Desideramus verò in aliquo, quæ deficiunt eum. Flaccus tamen nobiscum facit, qui in reticendis grauioribus Mæcenatis prudentiam laudat lib. I I. Satyra VI.

*Et qua rimosa bene deponuntur in aure.*

Ea, inquit, credebat, quæ homini pleno rimarum, hac illac perfluent, credi tutò possent. Tacitus etiam III. Annali Mæcenatis secreta Augusti innixa fuisse scribit: Agrippam verò fortem vocat idem Venusinus Pindarus Oda VI. & Paternulus virtute, labore, vigilia, periculo inuictum. Verum ita ego Suetonium explicandum puto, taciturnum quidem Mæcenatem, & constantem Agrippam fuisse; eas tamen virtutes nonnumquam, quod ab iis recessissent, desiderasse: hoc enim vult, cum *nonnumquam* dicit: quemodo gemina scripserint auctores.

E

Eloquen-

*Eloquentia*] Sueton. c. LXXXIV. & deinceps. Tacitus XIII. Annali. Mox *in procinctum* legit Augustanus codex. Vide Festum Pompeium.

*Leges alias novas.*] Ut de adulteriis & pudicitia: quæ inde Iuliodicta. Suet. XXXIV. I. Cui lib. XLVIII. Digest. tit. v. & de famosis libellis, cap. LV. Tranq. l. XVI. D. de pœnis. & tit. li. IX. Cod.

*Alias correctas*] Ut sumtuariam, & de maritandis ordinibus; quæ post retractata Papia Poppæa dicta. Tacitus III. Annali. Vlp. Institut. tit. XI. & XIV. videndus Horat. lib. III. Oda VI. & lib. IV. Oda V. & XV. & Carmine sæculari.

*Aedificiis multis*] Suet. XXVIII. XXIX. & XXX. de Urbis pomerio prolato, Tacit. XI. Annali. & Vopiscus in Aureliani vita.

- 4 *Civilis animi, lepidi*] Malè vulgò distinguunt, *Civilis, animi lepidi*: *Civilis animi*, & *lepidi* lib. vetr. & Floriac. *Acies* numero multitudinis. Lege Sueton. LXXIX. Plinius verò lib. VII. cap. XXXVI. Nat. hist. glaucos oculos illi tribuit, quos diligentius spectari iracundè ferebat. Ibidem de Tiberij oculis quibus noctu in tenebris cernebat, & Suet. Tib. c. LXIX. & Sextus Chæronensis Philosoph. lib. I. Pyrrhoniæ hypothese in cap. XV.

*Ab intendentibus.*] Veron. cod. *ab intuentibus t. S. va. aspectu suo*. Et mox *ò oculos* a fuit ab omnibus impressis, pro quo Gryphij edit. *se* habet. Inf. pro *vir tantus*, Augustanus codex habet, *nec tamen virtus vitii caruit*.

*Solis radiis*] Vidi qui Horatiana illa de sole ad Augusti oculos referrent, Oda II. & V. lib. IV.

*Leniter iracundus*] Mss. duo & Veron. *leniter* rectius. Vide inf. in Theodosio numero 76. & quæ illic annotavi. Horatius quoque *Irasci facilis, tamen ut placabilis esset*. ut solent præstantissima ingenia: bonum enim apud virum, inquit Mimus, citò moritur iracundia.

*Dominandi*] Sup. dixit ab ambitione alienum fuisse, quòd lauros contemserit: nihilominus dominandi cupiditate flagrare potuit.

*Studiofissimus*] *Studiofus* Pithoëi codex, & quatuor vulgari quibus vltus sum, Augustanus, Basilienses duo, & Gryphij: quòd incisum addant, non placet. iam enim de discendi studio etiam in castris dixerat. Sueton. lege cap. LXXI. & LXXXII.

Cui

Cui etiam repugnant cap. LXXVI. & LXXVII. quæ sequuntur; ubi mss. *multum*, non *multi*; præclare, si rectè interpungas, & cum *abstinens* coniungas. Hoc enim vult: mirandum magis hominem sobrium libidini addictum fuisse. Non infirior eleganter dici Horatio, *multi Damalim meri*, Oda xxxvi. & Ciceroni, *hospitem multi cibi & ioci*: sed noster aliò respicit.

*Somni absti.*] Tranquill. LXXVI I I. vide & LXVI I I. & deinceps capit. aliquot de libidinis infamia. tò *vulgaris* in Veron. edit. afuit. rectè.

*Inter duodecim Catam.*] Malim *sex*, si libri suffragarentur, auctoritate Tranquilli qui cap. LXX. cœnam eius *δειπάρα* dictam ait, in qua deorum dearumque habitu discubuerint conuiuæ: ipse pro Apolline fuerit ornatus. Fortè ex numerorum compendiis, vnde infinita in optimos auctores menda irrepserunt. corruptum. Mox mss. *accubare* legunt.

*Guivs Livia*] Cui Livia Veron. cod. Sueton. de his LXII. & LXIII.

*Luxuria seruicens*] Familiari sequioris æui scriptoribus notatione utitur, pro *libidini*: sine Cerere enim & Libero friget Venus. Sup. libidini seruuisse dixit; hîc luxuriæ. Intellige legem Iuliam de adult. & pudicit. quò respexit Lyricus:

*Nullis polluitur casta domus stupris.* Oda v. & xv. l. i v. Eleganter Tacit. III. Ann. de Silani exilio: *Adulteros*, inquit, *filia & neptis morte ac fuga puniuit Augustus*: nam *culpam inter viros ac feminas vulgatam graui nomine lazarum religionum ac violatæ maiestatis appellando, clementiam maiorum suasq; ipse leges egrediebatur.* Vide Suet. Calig. ca. xxxi i i. Adulatur enim familiæ Augustæ Val. Maximus lib. vi. cap. i.

*More hominum*] Eleganter hæc Plinius Iunior lib. vi i i i. epist. xxii.

*Amatoria artis conscripsi: text. damnauit*] Hæc absunt à tribus mss. & lacunam reliquerant librarij, dubitantes fortè de rei veritate, aut verecundiæ causa. Disputant etiam docti. Duæ enim exilij causæ: libri de Arte, & error quem ipse Naso studio suppressit. i i. Trist.

*Perdiderint cum me duo crimina, carmen & error:*

*Alterius facti culpa silenda mihi est.*

Et alibi:

*Et quid præterea peccarim querere noli:*

*Vt pateat sola culpa sub Arte mea.*

E 2

Veron.

Veron. editio, quod tres libellos de *Arte amandi* ediderat: quodq; esset lati animi vel amœni in exsilium misit. Oblectabatur omnium generum spectaculis, præcipuè, &c. Nihil tamen demuto. Sidon. Apollin. Car. 1 x.

*Non qui tempore Casaris secundi*

*Aeterno incoluit Tomos reatu.*

Et carmine xx i ii.

*Et te carmina per libidinosâ*

*Notum Naso tener, Tomosq; missum,*

*Quondam Casarea nimis puella.*

*Fricto nomine subditum puella.*

Exsulatum abiit anno Imperij Augusti secundo & quinquagesimo: obiit verò quinto Tiberij, iuxta Tomos sepultus. Euseb. Chronici.

*Præcipuè ferarum*] Suet. cap. XLIII. & XLV.

*Nola interijt*] Sueton. XCIIIX. & Paterc. lib. II. extremo. vbi etiam templum ei ædificatum, Sueton. Tiberio cap. XL. & XLVII. Eutropius Atellæ opido Campaniæ mortuum ait, lib. VII. Ceterum Tranquill. LXXVI. ætatis anno, minus LXXV. diebus periisse ait cap. c.

*Dolo Liuiæ*] sicu veneno infecta. Dio.

6 *Patrem patriâ dixerat*] Per Valerium Messallam. Formulam vide apud Suet. LVI II. Inf. de Traiano nu. 27. Tiberius hoc nomen derectavit, Suet. Tib. c. XXVI. Tacitus II. Annali. Sup. honorandum pro decorandum cod. Augustanus.

*Tam Romæ quàm p. v.*] De honoribus viuo mortuoque habitis Suet. LII. LVII. LIX. & c. Quin etiam vrbes ei Casaræ, nomine ab exteris gentibus conditæ, Plinius, Stephanus Tranq. Iosephus, & Eutropius.

*Vtinam aut non.*] Non exstat locus in Suet. nisi quod de Sextili & Septembri, illo funesto, hoc vero natali mense, Augusti nomine appellando contenderint ciues: cap. pænul. Noua Victoris editio Septimio Seuero elogium hoc tribuit, vt & Spartianus. *Quamquam, inquit, exacta atate mortuum, iustitio elogioq; lugendum Patres sanxere: astruentes illum iustum nasci, aut emori minimè conuenisse.*

*Felicitati eius*] Rectius MSS. & Veron. auferendi casu felicitate eius salus pop.

*Annos LVI.*] Plutarchus lib. de Fortuna Romanorū LIV. tantum numerat. De præstanti indole morumque integritate

Augusti

Augusti Suet. c. xxviii. & lxxii. & alibi.

Tantum de Augusto: In quo eò prolixiores fuimus, quod noua editio breuiter perstringat. Adhæc digitos in fontes, vnde vulgata non satis purè hausta, intendere placuit. Nunc pretium operæ fore credidi, si fragmentum Breuiarij imperij Augusti, à nemine, quod sciam, editum, publici vsus facerem: quod Augerius Busbequius, V. C. in Byzâtina legatione Ancyra in lapides incisum, quantû à Turcica vastatione reliquû factû est, describendum curauit; & nobiscum humaniter communicauit. Eius sic meminit extremo Augusto Tranquillus: *De tribus voluminibus, vno mandata de funere suo complexus est: altero indicem rerum à se gestarum, quem vellet incidi in aeneis tabulis, quæ ante Mausoleum statuerentur: tertio breuiarium totius imperij, quantum militum sub signis vbique esset; quantum pecuniæ in arario, in fiscis & vectigaliorum residuis. Adiecit & libertorum seruorumq; nomina à quibus ratio exigi posset*. Meminit eiusdem, si ira placet, formulæ imperij cap. xxviii. vocatq; Rationarium. Et in Caligula xvi. c. *Rationes imperij ab Augusto proponi solitas, sed à Tiberio intermissas publicauit*. Tacitus quoque I. Annali de Tib. loquens: *Proferrî libellum recitariq; iussit. Opes publica continebantur, quantum ciuium sociorumq; in armis, quot classes, regna, prouincia, tributa aut vectigalia, & necessitates, & largitiones: Quæ cuncta sua manu perscripserat Augustus; addideratq; consilium coercendi intra terminos imperij, incertum metu an per inuidiam*. Hæc in foro p̄posita fuisse verisimile est: p̄st Gothica direptione vrbis Romæ aliò translata. M. Velleius Paterculus lib. i. i. *Diuis Augustus præter Hispanias aliasq; genteis, quarum titulis forum eius prænitet, panè idem, facta Aegypto stipendiaria, quantum pater eius Gallia, in ararium reditus contulit. Quare quantum quantum id est, Busbequio acceptum referatur*.

*Ancyra in suburbis.*

## Series . I.

RERVM GESTARVM DIVI AVGVSTI QVI-  
 BVS ORBEM TERRARVM IMPERIO PO-  
 PVLLI ROMANI SVBIECIT ET IMPENSA-  
 RVN QVAS IN REMPVBLICAM POPV-  
 LVMO. ROMANVM. FECIT. INCISARVM.  
 IN. DVABVS. AHAENEIS. PILIS. QVAE.  
 SVNT. ROMAE. POSITAE. EXEMPLAR.  
 SVBIECTVM.

**A**NNOS. VNDEVIGINTI. NATVS. EXER-  
 CITVM. PRIVATO. CONSILIO. ET. PRI-  
 VATA. IMPENSA. COMPARAVI. TERQVE.  
 M. . . . . FACTIONIS. OPPRESSAM. IN-  
 LIBERTATEM. VINDICAVI. . . . .  
 DECRETIS. HONORIFICIS. ORDINEM.  
 SVVM . . . . .

*Desunt quaedam.*

**PATRI-**

## II.

PATRICIORVM. NVMERVM. AVXI. CON-  
 SVL. QVINTVM. IVSSV. POPVLI. ET.  
 SENATVS. SENATVM. TER. LEGI. ET.  
 IN. CONSVLATV. SEXTO. CENSVM. PO-  
 PVLI. COLLEGA. M. AGRIPPA. EGI.  
 LVSTRVM. POST. ANNV. ALTERVM. ET.  
 QVADRAGESIMVM. FECI (LEGI) QVO.  
 LVSTRO. CIVIVM. ROMANORVM. CEN-  
 SITA. SVNT. CAPITA: QVADRAGIENS.  
 CENTVM. MILLIA. ET. SEXAGINTA. TRIA.  
 . . . . CVM. NVPER. LVSTRVM. SOLVS.  
 FECI. (LEGI) CENSORVM . . . SINIO.  
 COS. QVO LVSTRO. CENSA. SVNT. CI-  
 VIVM. ROMANORVM QVADRAGIENS. CEN-  
 TVM. MILLIA. ET. DVCENTA. TRIGINTA.  
 TRIA. . . . . IN. CONSVLATV. FI. . . .  
 CVM. NVPERRIME. LVSTRVM. CVM. . . .

f. cum  
 collega,  
 vel con-  
 lega.

LEGA. TIBERIO. SEXT. POMPEIO. ET.  
 SEXT. APVLEIO. COS. QVO. LVSTRO.  
 . . . ROM. CAPITVM. QVADRAGIENS.  
 CENTVM. MIL. . . . IGINTA. ET. SEPTEM.  
 MIL. LEGI. PNO. . . . EXEMPLA. MALO-  
 RV. EXOLESCENTIA. IAM. EX. NOS.  
 MVLTARVM. RERVM. EXEMPLA. IMI-  
 TANDA. . . . .

*Et hic reliqua deleta.*

E 4

HONO-

HONORIS. MEI. CAUSA. SENATVS. POPV-  
 LVSQVE. ROMANVS. ANNUM. QVINTVM. ET.  
 DECIMVM. AGENTIS. CONSVLIS. DESIGNA-  
 VIT. VT. CVM. MAGISTRATVM. INIRENT.  
 POST. QVINQVENNIVM. EX. EO. DIE. DVO  
 DEDVCTI. IN. EORVMVE. INTERESSENT.  
 CONSILIIIS. PVBLICIS. DECREVIT. SENA-  
 TVS. EQVITES. AVTEM. ROMANI. VNIVERSI.  
 PRINCIPEM\*. . . . . HASTIS. ARGENTEIS.  
 DONATVM. APPELLAVERVNT.  
 LIBRI. ROMANI. VIRITIM. . . . . CENOS.  
 NVMERAVI. EX. TESTAMENTO. PATRIS. MEI.  
 ET. NOMINI. MEO. . . . . DRINGENOS. EX.  
 BELLORVM. MANVBIIS. CONSVL. QVIN-  
 TVM. DEDI. ITERVM. AVTEM. IN. CONSV-  
 LATV. DECIMO. EX. PATRIMONIO. MEO.  
 BIS. QVADRINGENOS. CONCIARI. VIRITIM.  
 ITERVM. AERE. MERV. ET. CONSVL. VN-  
 DECIMVM. DVODECIM. FRUMENTATIONES.  
 FRUMENTO. PRIVATIM. COLVMPLO. EMEN-  
 SVS. SVM. ET. TRIBVNICIA. POTESTATE.  
 DVODECIMVM. QVADRINGENOS. NVMMOS.  
 TERTIVM. VIRITIM. DEDI. QVALI. MEA.  
 CONGIARIA. FRUMENTI. . . . . NVM. NVN-  
 QVAM. MINVS. QVINQVAGINTA. ET. DV-  
 CENTA. . . . . SIA. DVODEVIGINTESIMVM.  
 CONSVL. TRECENTIS. ET. VIGINTI. MILLI-  
 BVS. PLEBIS. VRBANAЕ. SEXAGENOS. DENA-  
 RIOS. VIRITIM. DEDI. ET. QVINIS. MILI-  
 TVM. MEORVM. CONSVL. QVINTVM. EX. MA-  
 NVBIIS. VIRITIM. MILLIA. NVMMVM. SIN-  
 GVLA. DEDI. ACCEPERVNT. ID. TRIUMPHA-  
 LE. CONGIARIVM. IN. COLONIAS. HOMINVM.  
 CIRCPER. CENTVM. ET. VIGINTI. MILLIA.  
 CONSVL. TERTIVM. DECIMVM. SEXAGE-  
 NOS. DENARIOS. PLEBI. QVAE. TVM.  
 FRV-

\* f.  
 Sc-  
 na-  
 rus.



## III. perpetua serie.

FRUMENTVM. PVBLICVM. ACCE. . . . DEB. I. EA.  
 MILLIA. HOMINVM. PAVLLO. PLVRA. QVAM.  
 DVCENTA. FVERVNT. AGRIS. QVOS. IN.  
 CONSVLATV. MEO. QVARTO. ET. POSTEA.  
 CONSVLIBVS. MARCO. ET. CN. LENTVLO.  
 AVGVRE. ADSIGNAVI. MILITIBVS. SOLVI.  
 MVNICIPIIS. PA. . . . . ERTIVM. CIRCI-  
 TER. SEXCENSIM. ITINERIS. EMIT. QVAM.  
 ROMANIS. PRAE. . . . . NVMERAVI. . . . .  
 QVOD. PRO. AGRIS. PROVINCIALIBVS. SOL-  
 VI. VNVS. ET. SOLVS. OMNIVM. QVI. DE-  
 DVXERVNT. COLONIAS. MILITVM. IN. PRO-  
 VINCIS. AD. MEMORIAM. AETATIS. MEAE.  
 FECI. POSTEA. NERONE. ET. CN. PISONE.  
 CONSVLIBVS. ITEMQUE. . . . . GANTISSIMO.  
 ET. D. LELIO. CONSVLIBVS. ET. L. CANI-  
 NIO. ET. Q. FABRICIO. CONSVLIBVS. . . . .  
 QVOS. EMERITIS. STIPENDIIS. IN. SVA.  
 MVNICIPIA. PRAEM. . . . . PERSOLVI. QVAM.  
 . . . . . IN. SEST. . . . . MILI. . . . . IMPENDI. f. di-  
taut.  
 QVATER. . . . . AVI. AERARIVM. ITA. VT.  
 SESTERCIVM. MILLIA. . . . . QVINGENTA  
 DRB. . . . . RAVI. AERARIO. DETVLI. . . . .  
 QVOD. EX. CONSILIO. . . . . MILITIBVS  
 QVIN. . . . .  
 . . . . . MERVISSENT. HS. MIL. . . . .  
 . . . . . O. DETVLI. . . . .  
 . . . . . CN. P. LENTVLO. . . . .  
 VLES. FVERVNT. CVM. D. . . . . CERENT.  
 . . . . . CENTVM. MILLIBVS. HOMI-  
 NVM. . . . . O. FRV. . . . .

Desiderantur quin-  
que lineae.

E 5

In al-

## Series 1.

CVRIAM. ET. CONTINENS. ET. CALCHI-  
 DICVM. TEMPLVMQVE. APOLLINIS. IN. PA-  
 LATIO. CVM. PORTICIBVS. AEDEM. DIVI.  
 IVLII. LVPERCAL. PORTICVM. AD. CIR-  
 CVM. FLAMINIVM. QVEM. SVM. APPELLARI.  
 PASSVS. EX. NOMINE. EIVS. QVI. PRIOREM  
 EODEM. IN. SOLO. FECERAT. OCTAVIANI.  
 PVLVINAR. AD. CIRCVM. MAXIMVM. AEDES.  
 IN. CAPITOLIO. IOVIS. FERETRII. ET.  
 IOVIS. TONANTIS. AEDEM. QVIRINIS.  
 AEDES. MVNDO. ET. IVNONIS. . . . ET.  
 IOVIS. LIBERTATIS. IN. AVENTINO. AE-  
 DEM. LARVM. IN. SVMMA. SACRA. VIA.  
 AEDEM. DEVM. PENATIVM. IN. VELIA.  
 AEDEM. IVVENTATIS. AEDEM. MATRIS.  
 MAGDELAE. IN. PALACIO. FECI.  
 SERTORIVM. ET. POMPEIVM. THEATRVM.  
 VTRVMQVE. OPVS. IMPENSA. GRANDI. RE-  
 FECI. SINE. VLLA. INSCRIPTIONE. NOMI-  
 NIS. MEI. RIVOS. AQVARVM. COMPLURI-  
 BVS. LOCIS. VETVSTATE. LABENTES. RE-  
 FECI. ET. AQVAM. QVAE. MARIA. APPELLA-  
 TVR. DVPLICAVI. FONTE. NOVO. IN. RIVVM.  
 EIVS. IMMISSO. FORVM. IVLIVM. ET. BASI-  
 LICAM. QVAE. FVIT. INTER. AEDEM. CASTO-  
 RIS. ET. AEDEM. SATVRNI. CAEPTA. PRO-  
 FLIGATAQVE. OPERA. A. PATRE. MEO. PER-  
 FECI. ET. EANDEM. BASILICAM. CONSVMA-  
 TAM. IN. . . . . AMPLIATO. EIVS. SOLO. SVB.  
 TITVLO. . . . . NOMINIS. FILIORVM. . . .  
 VIVVS. NON. PERFECISSEM. PERFECI. AB.  
 HAEREDIBVS. . . . VIRGINE. EXEMPLVM.  
 DEVM. IN. VRBE. CONSV. . . . FECI. FLVVIO.  
 PRAETERMISSO. QVOD. TEMP. . . . . ET. . . . .  
 . . . . .  
 . . . . .

VLTO

## Cohæret cum præcedenti ferie.

VLTORIS. TEMPLVM. QVORVMQVE. AVGV-<sup>fer.</sup>  
 STVM. ET. TEMPLVM. APOLLINIS. IN. SOLO.<sup>cho-</sup>  
 MAGNAM. PARTEM. . . . . EMPTO. FECI.<sup>rum-</sup>  
 QVOD. SVO. NOMINE. M. MARCELLI.<sup>que.</sup>  
 VENERI. . . . . MANIBVS. IN. CAPITOLIO.  
 ET. IN. AEDE. DIVI. IVLII. ET. IN. AEDE.  
 APOLLINIS. ET. IN. AEDE. VESTAE. ET.  
 IN. TEMPLO. MARTIS. VICTORIS. CON-  
 SECRAVI. QVAE. MIHI. CONSTITERVNT.  
 CIRCITER. MILLENIS. AVRI. CORONA-  
 RI. PONDO. TRIGINTAQUINQVE. MIL-  
 LIVM. MVNICIPIIS. ET. COLONIIS. ITA-  
 LIAE. CONFERENTIBVS. AC. TRIVMPHOS.  
 MEOS. QVINTVM. CONSVL. REMISI. ET.  
 POSTEA. QVOTIENSCVNQVE. IMPERATOR.  
 M. . . . . AVRI. CORONARIVM. NON. ACCE-  
 PI. DECERNENTIBVS. MVNICIPIIS. . . . .  
 QVAE. ANTE. TEMPVS. DEFVNCTARVM.  
 AFFRICANARVM. DECREVERAM. MEO.  
 NOMINE. AVT. FILIORVM. MEORVM. ET.  
 NEPOTVM. IN. CIRCO. . . . . AVT.  
 IN. FORO. AVT. IN. AMPHITHEATRIS.  
 POPVL. . . . . QVIBVS. CONFECTA. SVNT.  
 BESTIARVM. CIRCITER. TRIVM. MIL-  
 LIVM. ET. QVINGENTA. NAVALIS. PRAE-  
 LII. SPECTACVLVM. POPVL. . . . .  
 LIBERVM. IN. QVO. LOCO. NVNC.  
 NEMVS. EST. CAESARVM. CAVATO. . . . .  
 LONGITVDINE. MILLE. ET. OCTIN-  
 GENTOS. PEDES. IN. LATITVDINE. PE-  
 DES. DVCENTI. IN. QVO. TRIGINTA. RO-  
 STRATAE. NAVES. TRIREMESQVE. PLVRI-  
 MAE. . . . . RVMORES. INTER. SE. CON-  
 FLIXERVNT. . . . . \*RVNT. PRAETER.  
 REMIGES. MILLIA. CIRCITER. . . . .  
 IN

f. Et  
 per-  
 ic-  
 runt.

## Cohæret cum præcedenti ferie.

IN. TEMPLIS. OMNIUM. CIVITATVM.  $\phi$ . . . .  
 ET. ASIAE. VICTOR. ORNAMENTA. RE-  
 POSVI. QVAE. SPOLIATIS. TEMPLIS. . . .  
 PRIVATIM. POSSEDERAT. STATVAE. . . .  
 QUADRAGENIS. ARGENTEIS. S. TETERVNT.  
 IN. VRBE. AC. CIRCITER. QVAS. IPSE.  
 SVSTVLI. EX. QVA. DE. PECVNIA.  
 DONA. AVREA. IN. AEDEM. APOLLINIS.  
 MEO. NOMINE. ET. FILIORVM. QVAE.  
 MIHI. STATVERVNT. HONOREM. HA-  
 BVERVNT. POSVI.



7 *Annos xxiii.*] Suet. Tib. c. LXXIII. Tacit. vi. Annal. extr. vbi & de Tiberio summarij quædam.

*Quia Claudius Nero*] Ita excusi omnes: adde ex M s s. & Veron. *Tiberius*: cui *Biberius* altera ex parte respondeat. Nero autem lingua Sabina fortem significat. Suet. cap. i. & Agellius lib. xiiii. cap. xxi. Noct. Attic. *Calidius* verò, quòd calidis potissimum positionibus Rom. veteres delectarentur. Hinc Thermopolia Plautina. Lege Suet. cap. XLII. Tiber.

*Satis prudens*] Suet. i x. xvi. xvii. xix. & xxi.

*Inerat scientia*] Tranqu. LXX. & LXXI. Mathematicæ quoque addictus c. LXIX. De eloquentia Tacitus Annal. xiiii. *Tiberius* artem quoque callebat, qua verba expenderet tam validis sensibus, aut consulto ambiguus: *Clavrior tamen eloquio Germanicus, Tiberij adoptione filius, Claudij Imp. frater.* Idem Tacit. Annal. li. extremo, & Suet. initio Caligulæ. Ceterum *multa* a fuit ab editis libb. omn. demto Veronensi.

*Ingenio pess. truci*] Sueton. cap. XLVI. & deinceps. rursus LVII. & LXI. Eutrop. & Orof. lib. vii.

*Repentinis respons.*] Etiam in stylo ex tempore quàm à cura præstantior habebatur. Suet. c. LXX. Motiens tamen Augustus dicebat miserum pop. Rom. qui sub tam lentis maxillis esset futurus.

8 *Delatum à patribus*] Tranqu. xxiv. & xxv. Post paullo, vulg. legunt *perfecerat & bonos quoque* Veron. præfert. vt & inf. *incidere pro incessere.* quæ & scripta lectio est & Augustani cod.

*Cappadocas*] Suet. c. xxxvi. extr. vbi & de Maraboduo Germano quem *Marobodum* scribunt Cuiacij & Pithoëi codd. M. s. s. *Marobodum* verò Floracen. Accidere hæc an. V. C. ICCCXX. De his lege Tacitum ii. Annali, vbi Archelaum quinquaginta iam annos in Cappadocia regnasse scribit.

*Noxios suos*] *noxios* redundat, & abest à M s s. & noua editione: rectè. Veronensis verò *& noxios.* De crudelitate Tiberij Suet. cap. L. vsque ad LXVIII.

*Resolutis*] *Melius solutis* noua editio; *Augustana relictis.* Corrupta autem disciplina militaris per Pitonem largitione, ambitu, licentia, absente Germanico. Tacitus ii. & iii. Annali sæpius. Lege Sueton. cap. xli.

*Septuag. oct.*] Sic Tacitus extremo vi. Annali, & Suet. LXXIII. cap. sine mensibus. M s s. duo & Veron. legunt, *post octogesimum octauum annum.* Cuiacij verò scriptus cod. *post octogesimu annum.*  
Nouus

Nouus Victor, vel potius Vetus verusque octogefimum vno minus illi tribuit. Eutropius Eliæ Vineti LXXXI. nisi mendum est typographi. Nata varietas ex notis quibus numeri exprimuntur; quæ res infinitis auctorum vet. locis corrum- pendis ansam dedit. Mortuus autem tertio & vicefimo Im- perij anno, decimo septimo Kal. April. Cn. Acerronio Pro- culo, C. Pontio Nigrino Coss. qui est vt puto, V. C. 10 cccx. Tacitus Annali v i. & Sueton. LXXIII. cap. vbi Coss. no- mina, quia corruptè leguntur, ita ex antiquis inspectionibus, Corn. Tacito, & Fastis Capitolinis restituenda.

*Insidiis Calig.]* Dato à Caio lento ac tabifico veneno. Suet. ibidem & Calig. cap. x i i. Tacitus v i. Annali extremo: *In- terclusa anima traditus est mortalitatem expleuisse.*

*Exstinctus est]* Miseni in villa Luculliana. Suet. xxxix. LXXIII. & LXXV. & Tacit. v i. Annali. In Campania, omnium gaudio, Eutropius lib. v i i.

*Annos quatuor]* Vixit annos xxi. imperauit triennio & x. mensibus, diebusque octo. Suet. cap. LIX. Natus annis 9 quinque & xx. mensibus quinque & diebus quatuor exceptis, imperium arripuit. Xiphilinus ex Dione.

*Iste filius Ger.]* Ita vulg. m. s. s. & Veronensis exc. *Iste filius fuit Germanici, & quia.* & mox id est, *Caligula sortitus est rexixōs*, vt dialecticorum filij loquuntur. De cuius nominis caussa Tacitus i. Annali, Suet. c. i i x. ix. & x x i i. initio, & L i i. Caligam Dio lib. x l v i i i. *εργαστηριον εαδουμα* vo- cat, vnde *Caligatus* militis epitheton factum I. C<sup>is</sup> & Suetonio Augusto c. x x v. Vitellio v i i. extr. Vespasiano v i i i.

*Ante principatum]* Lege Suet. c. x i i i. x i v. & x v.

*Dominum]* Nam te Dominum inuiso ea tempestate nomi- ne, iusserat appellari, vt & consulari dominatione Regis nomen odiosissimum Pop. Rom. fuit. Tranqu. x. sic iactatum fuis- se ait; *nec seruum meliorem vllum, nec deteriorem dominum fuisse.*

*Tres sorores]* Agrippina, Drusilla, Liuilla, Suet. v i i. ca. & x x i v. ex vna etiam, filia incestu nata est. Eutrop. lib. v i i.

*Habitu Deorum]* Iouis, Veneris, Neptuni, Mercurij, Bacchi, Herculis. Suet. x x i i. & L i i. ca. & Dio.

*E choro autem]* In scr. Cuiacij præpositio afuit. Alij codd.

*E thoro autem Bacchanali.* Choros vocat Sueton. x x x v i i. Veronensis verò sictotum hunc locum legit: *Induens se habitu Deorum*

Deorum suorum Iouem ob incestum, choro bacchantiū Liberum se  
asseruit. Porro autem Xiphilinus auctor est finxisse, rem se  
cum luna habuisse.

*Quia iuuat*] Tacitum I I I. Annali est imitatus: *Praeci-  
pium*, inquit, *munus Annalium reor, no virtutes seleantur:  
utq; prauis dictis factisque ex posteritate & infamia metus sit.*  
Et tanē is est Historiæ fructus vberimus, vt ex aliorum erratis  
discamus in melius vitam morēsq; ad bene beatēque viuen-  
dum componere. Lege elegantiss. epistolam Plinij lib. I X.  
quæ est X X V I I.

*Matronas nobiles*] Suet. X L I. & Xiphilinus.

*Primus diademate cap.*] *τὸ capiti* afixit à libris calamo exara-  
tis, & qui cum his ferē conspirat, Veron. cod. optimo. Atqui  
Suetonius imposuisse negat, sed amicorum suasu deterritum;  
Dei tamen Dominiq; nomen assumisse. cap. X X I I. &  
Vitellio cap. I I. Eusebius verò Chronicis Domitianum Do-  
mini Deiq; nomē primum vindicasse affirmat. Vide inf. nu-  
merum 23. & 50. Vbi sui oblitus auctor Aurelianum Impe-  
ratorem primum apud Romanos diadema capiti innexuisse  
scribit.

*In spatio*] A Suetonio est, ex quo locus hic quia laborat, me-  
dica manu persanari potest. Natum autem mendum coniicio,  
quòd scripserit Racemator, *insignis quercea*: Imperitus libra-  
rius fecit *insignisque area*. hic igitur, si meo arbitrato res agatur,  
legendum hunc locum paucis addicis immutatisq; cenleo:  
*solidatam. Primo die phalerato equo insignis quercea corona quasi  
triumphans: Postridie indutus aureo paludamento curru biuigi  
decucurrit. Sic ferē Suet. c. X I X. Xiphilinus ex Dione: in ma-  
ri, inquit, equitare cupiebat ponte inter Puteolos & Baulos facto,  
qui locus oppositus ciuitati distat ab ea amplius tria milia pass.*  
Tranquill. verò sinum Puteolanum trium millium & sexcen-  
torum ferē passuum intervallo patuisse: non vt Dio, ab Vrbe  
quem ponte, Xerxis exemplo, strauerit. Assentior itaque Læ-  
uino Torrentio viro doctissimo, qui *ad Puteolanas moles* leg-  
censet potius, quàm *& Puteol. moles*. Quem autem aggerem  
terrenum Suet. vocat, noster arenæ aggetum: quare tentanda  
lectio non est. Hunc vide & ca. XXXII. Calig. Rursum  
L I I. c. de Alexandri thorace quem Xiphil. in hoc specioso  
triumpho induere solitum refert. Non celabo Veronen. editio-  
nem, *curuli iugo decucurrit*, & Augustanum cod. *quasi trium-  
phantis*



*phantis legere, & sup. arena adgesta, terra speciem.* Seneca videndus lib. De breuitate vitæ cap. xviii. quo loco & ægrè illi est quod vidit & Torrentius: cui medicinam facere posse videor, si, quod est in vulgatis etiam optimis, *gratissime in grauissime* commutem, & pro *potens pontes* reponam. M. s. tamen qui apud me est *potens nauibus iugis* disertim scribit. Cùm dicit *quod decedebat populo Ro. superstite*, alludit ad illam vocem Tyrannicam, *Vimam pop. Romanus vnâ ceruicem haberet.* Suet. cap. xxxi. Non dissimilis est illa Neronis, nec minus execranda, apud Sueton. c. xxxviii. Neron. & Senecam quoque lib. i. De clementia, ἐμὲ θανόντων γαῖα μὲν ἄρσενος πυρὸς, *me mortuo vel terra igni conflagret.*

*Cl. Tiberius*] Cuiacij, Puthœi & Danielis mss. & de vulgatis Veron. & Augustanus *Claudius Titus* integrè præferunt, forè quòd *Ti.* cõpendio scriptum reperissent, quod tamen *Tiberius* valet. Mox *Decimi Tiberij* pro *Drusi* Gryph. & Basil. edit. Neutrum placet, nec me libb. consensus deterreret, quòd forè ex eodem exscripti sint.

*Caligula patr.*] Sueton. Calig. c. xxiii. extr. mox legunt M. s. s. *gentem Casarum exterminare, de formi latebra latere repertus*: non *exterminari* & *latens*. post paullo, & *mitiss.* coniunctio redundat in iisdem scriptis lib. & sanè abesse potest, si commodè interpungatur.

*Ventri, vino*] Tranqu. Claudio c. xxxii. & xxxiii. *foedè* in vulg. legitur non generandi casu. De ingenij hebetudine animique consternatione cap. xxv. & deinceps vsque ad xl. Mirandum tamen, licet tardi ingenij esset, neque infacundum neque indoctum fuisse, pertinaciter liberalibus studiis deditum. Idem cap. xl. & sequent. Tacitus xii. *Annali, Nec in Claudio*, inquit, *quoties meditata differeret elegantiam requireres.* Idem sup. paullo de libertorum dominatione, *Claudius libertos, quos rei familiari præfecerat, sibique legibus adæquauit.* Vidi qui *libertorum coniuges* impressit. Nihil muto. vide Tranqu. Vitellio cap. ii.

*Ignauus*] Tacit. xii. *Annali de Iulio Peligno* ob ignauiam animi Claudio Imp. caro acceptoque. *Erat Claudio perquam familiaris cum priuatus olim conuersatione scurrarum iners otium oblectaret.* Quem locum eo profero, quòd hætenus mutilum rectè amiciff. Lipsius restituerit.

*Scribon. Camillus*] Eadem Sueton. xii. & xxxv. *Furius*

rius prænominē, intra quinctum diem oppressus. Tacit. I. Histor. extremo: *Scriboniani contra Claudium incepta simul audita & coercita*. De pseudo-Camillo idem lib. I. I. histor.

*Aqua Claudia*] malim *introducēta*, quod in m s s. repperi & aliis. A. V. C. 10000. Sulla & Tuziano Coss. *Claudius consummauit duos aqueductus à Caligula inchoatos; Vnum vocauit Anionem nouum; alterū aquam Claudiam*. Iulius Frontinus de aqueductibus. Lege Sueton. c. x x. & quæ annotaui ad Victor. De viris illustr. in Appio Claudio & Curio Dentato: nam Victoris esse dubitent alij, equidem ambigere desino auctoritate librorum m. scr.

*Mauri prouinciis acc. Casa.*] Basil. duo & Gryphij *Mauri prouinciis à Casare pulsi: casa Musulam. manus est*. Augustan. codex, *Mauri prouincias à Casare casa insulanorum manus est: verū corruptè, & Veron. Mauri prouinciis accressere. Casa vsu laniorum manus*. Cuiacij scriptus lib. *Musulaniorum* per n habet & *accessere*, vnde vulg. à *Casare*.

*Clam mox*] Has duas voces, quæ in vulg. sunt, eo sustuli, quòd neque erant in vllò veterē libro, & historię veritati repugnent: neque certè in Victore ipso comparent: qui omnes & *adulteris* legunt, non *adulteriis*. De Valeriæ autem Messalinæ inexplēbili libidine copiosè Tacitus XI. Ann. Dio lib. L v i i i. Sueton. x x v i. alibi. & Iuuen. Satyr. v i. *Mox pro adessent nescio cur adissent m s s. tres scripserint & tò talia afuit à Veron. quidam & sauebat excuderunt*.

*Sub Imperatore viro quàm*] Alij sic interpungunt, *sub Imperat. vir, quàm*. Frobenij editio, *vt magis videretur ipsa imperare viro, quàm imp. nupta esse*: nec desunt qui legant: *sub imperatore vir quàm sub imperatore nupta esse*. Editio noua: *Et hinc notior, dum mirum videtur apud Imperatorem virum, viro quàm imperatori nupta esse*.

II *Potestatem adepti*] *Potestat. summam adepti*, m s s. & Veronen[is].

*Felicem*] qui Pallantis viri antiquæ parsimoniæ & moderationis frater, dissimilis ingenij, Iudææ impositus cuncta malefacta impunè sibi ratus est, tanta potentia subnixo, Tacit. x i i. Annal. Porrò Antonius Felix appellatus. Huic Hierosolymæ Præfecto stitit se Diuus Paullus de hæresi accusatus, D. Lucas Actorum Apost. cap. x x i v. vbi & Drusillam vxorem eius nominat.

*Iudæa*

*Iudæa præfecit*] Quam cum Ventidio Cumanus (qui Galilæa non curabat, ut Samaritani Felici parebant) orta inter eos contentione, turbavit: damnatusque pro utriusque flagitio Cumanus, opera Quadrati Syriæ Rectoris: qui belli incendium, quod pæne eruperat, restinxit, quietemque provinciæ reddidit. vide Iosephum & Tacit. xii. Ann. extr. Tumultuata quoque Iudæa sub Caligula est. auctor Dio lib. ix. Tacitus v. Hist.

*Possidio Eun.*] *Possidonio* inſectunt MSS. omn. *Possidioni* eod. Veron. *Possida post triumphum* August. absque *eunuchum*. Ceterum *Polidem* Spadonem vocat Tranqu. c. xxviii. & Iuuenalis Satyr. xiv. *Vt spado vincebat Capitolia nostra Possides*. Verum à *Possidio* *Possidiane* aquæ dictæ in sinu Baiano sunt, Plinio lib. xxx. c. xi. Arma autem insignia, hastam puram idem vocat Sueton.

*Polybium*] A studiis. *Polybium* MSS. & Veron. præferunt geminata iota; cum y in secunda syllaba Dio. Ad hunc exstat hodièque Senecæ consolatio in morte fratris. Habuit & Augustus libertum cognominem. meminit Sueton. Octauio cap. c. i.

*Narcissus; Pallas*] Hic à rationibus; ille ab epistolis: hic cum Agrippina, tamquam nuptiarum cum patruo conciliator; ille cum Messalina, quam tandem interficiendam curauit, consueuerat. Tacit. xi. xii. & xiv. Annali, & Iuuenalis Sat. xv. Huic prætoria; illi quæstoria insignia. s. c. decerni passus. Tacit. xi. Ann. extr. & Tranqu. xxviii. De his ornamentis erit, cum dicere licebit copiosè. De Pallante lege si vaticat, Plinij epist. xxix. libri vii. & sextam libri viii.

*Sublimatus*] Pro ornatus dixit. Vide Sex. Pompeium de verborum signif. *Limen* etiam superum dicitur Plauto Bacchidibus, See. Attidæ, & Mercatore: *Limen superum inferumq; saluo, simul autem vale*. Factum id autem A. post V. C. dccv. Tacit. xii. Ann.

*Diues*] Scriptum fortè erat *dites*, vnde inepti librarij audacter suo more *diues* fecerunt: sic enim contaminare tamquam Harpyiis vnguib; optimos libb. solent. Iac. Cuiacij & Pithoëi codex diserim, cum quo & Veron. facit, *diuites*: probè: inf. enim, dicto famoso sparsum de duobus liberis: & horum diuitiæ Adagioni locum fecerunt. Ad hæc Tranqu. vnde ferè sumpta hæc quæ de xii. Cæsaribus referuntur, hos vt in

præmiis ingentibus ornamentisque; ita & in fortunis quo iure quaque iniuria quaeritis coniungit, *ut querente, inquit, eo quondam de fisci exiguitate, non absurdè sit dictum, abundaturum si à duobus libertis in consortium reciperetur.* Porro de fisco inf. num. 66.

*In Arabia memoratos locos*] Alij. Pithoëanus & Cuiac. cod. ex *Arabia*. Floriacensis verò ex *Arabum memoratis locis*.

*Quingentesimo*] *Quinquagesimo* tantum est in Victore, ubi de Phœnicæ quædam notare memini.

*Insula emerfit*] Anno imperij eius quinto inter Theram & Therasiam insula de profundo emicuit triginta stadiorum spatium extenta. Orosius lib. VII. ca. VI. De Vulcani insula, quæ anno circiter 10LXII. v. c. apparuit, idem lib. IV. cap. XX.

*Hic Agripp.*] Conieceram leg. *Hinc*. Quam lectionem postea ab Auguttano cod. confirmatam libenter accepi. De Agrippina quæ Neronem flagitium hominis protulit, multa Tacit. Dio, alij. De eius verò morte Sueton. Neron. cap. XXXI V. De Tanaquilis industria Liuius lib. I. Annal. & Victor noster De viris illustr. cap. VII.

12 *Patre Domitio*] *Cnai* prænomine, Sueton. Neron. cap. V. in Galba verò malè *Lucius* appellatur c. VI. Auus enim L. Domitius erat. *Ahenobarbus* rectius scribunt aspirationis nota libri calamo exarati, numi vet. & ut Plautino verbo utar, lapides litterari, & marmora, quæ in Capitolio Romæ bono publico effossa fastos consulares exhibent. vide Plutarchum in vita Pauli Aemilij.

*Polemonis*] Eadem Suet. c. XVIII. Eutropius lib. V I I. Eusebius Chronicis, & Vopiscus Aureliano. Malè qui cum diphthongo impresserunt; Græcis enim scribitur Πολέμων, ἄνος. Malè quoque *Gothias Alpes* quidam ediderunt. Duplici Taulperique scribunt. Cortius autem rex dicebatur, quòd in alpi-bus Cortiis regnum obtinuerat, & vias ita dictas muniverat. De his copiosè Ammian. Marcellinus lib. XV. Urbes XII. quarum Plinius meminit lib. I I I. cap. XXX. Nat. histor. cis alpes nobis sitæ in Pedemontana regione, quæ hodie duci Allobrogum, vulgò Sabaudia paret. Illud non prætereundum censeo, citari à Paulo Diacono de gestis Longobardorum locum hunc, & *Victorinum* in plerisque libris nominari: qua de re initio dicere memini.

*Nisi pudeat m. h. q.*] Lacuna subest; nam in noua Victoris editio-

editione, vnde hæc, vt pleraque, ad verbum mutuatus hic, quisquis auctor est, addit *huiuscemodi quemquam nedum rectorem gentium fuisse*: quamquam de industria fortè truncavit. probum enim adhuc sensum retinet. Verecundiam enim in historico desiderat, qui huiusmodi *ἀρχὴ ἀρετῆς* nefanda flagitia commemorare vereatur, nisi publicè interesset vitia detegendo notari. Sup. noster in Calig. numero 9. & in eundem sensum Zosimus auctor elegans de hoc ipso Nerone loquens.

*Cognomento Poppaam*] Suetoniò ramen vocatur *Poppaa Sabina*. Nerone cap. xxxv. & Othone ca. i i i. & Tacito xiv. Ann. ext. & i. Hist. nisi fortè sic interpungendum, *Sabinam cognomento, Poppaam*.

*In Hispania procul & Caius*] Ita vulg. omn. corruptè. repone vt in III. MSS. & Veronen. optimo repperi, *Hispania proconsul & Caius*. Sic ferè germanus Victor, *Ac ni Galba qui Hispania præsidebat*. Antea C. Iulius Vindex Gallos aduertus Neronem commouerat, Suet. xl. Deinde Galba Hispanias ca. xlii. post ceterorum exercituum defectio insecuta est, c. xlvii.

*More maiorum collo*] Ex Sueton. xlix. qui Claudio cap. xxxiv. antiqui moris supplicium vocat.

*Ad necem caderetur*] Addit Eutropius, *atque ita precipitaretur de saxo*, lib. vii. Vide aliud inf. in Didio Iuliano, numero 35. Hæc autem olim à Romulo pœna in perduelles constituta lege horrendi carminis apud Liuium, qui arborem infelicem appellat, velato capite, ceruice in furcam inferta virgis ad necem cædi.

DVVMVIRI. PERDVELLEM. IVDICENT. SI.  
A. II. VIRIS. PROVOCARIT. PROVOCATIONE. CERTATO. SI. VINCENT. CAPVT. OBVBITO. ARBORI. INFELICI. SVSPENDITO. VERBERATO. VEL. INTRA. POMOERIVM. VEL. EXTRA. POMOERIVM.

*Faone Epafroditoq;*] Per f litteram & iota *Neophitoq;* præferunt MSS. Mirum profectò præteritū silentio Dorophorum libertum, scelus hominis, cui etiam, sicut ipsi Sporo, denupsit. Suet. c. xxix. quem tamen alij Pythagoram appellant. Illud Nero vt glossema stylo verso fodiendum cenfeo: quamobrè vn-cis inclusi. Nec enim comparat in MSS. tribus, & quam sæpius laudo, Veron. editione, optimæ fidei proximè scriptos codd.





*Eunucho Sporo*] Deleatò *Sporo*, cùm quòd à libris vet. scriptis afuit & Veron. rum quia Suetonius, vnde hæc ferè sumta, Epaphrodito à libellis tribuit c. XLIX. & Domitiano c. XIV. extr. Et fortè oblitterandum vtrumque *Eunucho Sporo*, quod ex voce Epaphrodito, quem tantùm libertum fuisse didici, fictum factumque ab imperitis librariis puto: propterèa quòd proximè de *Sporo* mentionem habuisse, & impurum appellare viderent, acuti scilicet homines: sed eruditi lectoris iudicium facio.

*Itáne*] Totidem verbis Tranqu. c. XLVII. extr. quod sequitur, *dedecorose vixi, turpius peream*, aut malè exscripsit centonum confarinator, aut tunc aliter, atque hodie, lectum in Sueton. XLIX. *Viuo deformiter, ac turpiter*; vbi fortè addendum *morior, pereoo*, &c. De imperij ætatisque annis idem cap. XL. & LVII. Perit A. V. C. vt opinor, 1000XXXI. M. Trachalo Turpiliano, C. Silio Italico poëta Coss. Quorum hic vt nouissimus à Nerone factus est Cõsul; ita reliquis omnibus quos Nero Cõsules fecerat, superstes fuit. Plinius Cæcilius lib. III. epist. v 11.

*Monimenta*] Al. *monumenti* generandi casu & per u in secunda syll. Parthorum autem regem Vologesium per legatos Senatam orasse de instauranda societate colendaque memoria Neronis Suet. auctor est c. LVII. vbi & de pseudo-Nerone & Parthorum in eum studio, quo de Tacit. lib. I. histor. Augustæ sub initium, & copiosè libro sequ.

*Induta pileis*] Ibidem Tranquill. & Tib. c. IV. Vide quæ notauì olim ad Viros illustres in Cinnam cap. 69. post paullo sic interpungo: *tamquam, seu exemit a domino, triumpharet*; vt tamquam triumphasse intellegas, specièmq; triumphì exhibuisse: in quo raso capite pileis induti comitabantur. Sueton. enim plebem pileatam tantùm tota vrbe discurrisse ait.

14 *Galba*] Prænomen ei *Seruij*, non *Sergij*, quod gentile nomen est. Hoc alij ante nos ex lapidibus litteratis, libb. vet. & numismatis docuerunt.

*Iunij*] M S S. O. disertè *Vinnij* duplici n n. Lege littera transposita *Viniij*, non *Iunij*, qui Plutarcho est *vir*  *vini*  vel *ob*  *u* , vt & in marmoribus antiquis, T. *Vinius*. Repositum igitur nomen à doctis in veterem possessionem, vnde furcis exturbatum erat, in Tacito I. historia Augustæ, & Tranqu. Galba ca. XI V.

Cornu

*Cornelij & Icelyj*] Gallica editio Gryph. *Calij*. malè. *Icelij* m s s. rectius. Dicitur autem Caius Icelius, Martiani cognomine ornatus. Quamquã Vertranius Maurus *Hicellium* aspir. nota scribendum puter, & geminato ll. ad r. lib. hist. Taciti: qui de his libertis, nequissimis flagitiorum seruis legendus: alter Corn. Laco. ex assessore Præfectus prætorij. Ibidem Sueton. & Tacitus. Mox *intra* reposui ex m s s. Veron. & Suetonio. Rusticè enim *inter ades* antea legebatur in vulg. omn.

*Multas prouincias*] Aquitaniam, Sueton. cap. vi. Africam v i i. c. & Hispaniam c. i i x. & i x. Tacit. i. histor. Aug.

*Militem seuerissimè tractans*] Laudata olim & militari fama celebrata seueritas eius. Erat & vox eius pro Repub. honesta, ipsi anceps, legi à se militem, non emi. Tacitus initio i. hist. Augustæ, & Tranq. cap. xvi.

*Disce miles mil.*] Sic & Sueton. Trochaicum extulit. mss. nostri, *Disce militare miles*. sed nihil interest, neque, vt ille dicebat, in eo positæ fortunæ Græciæ.

*Lorica tectus*] Lintea, Sueton. x i x. Tacitus & Plutarchus thoracem vocant. De linea lorica plura ad Corn. Nepotem, qui vulgò malè Aemilio Probo inscribitur, in vita Iphicratis. Ceterum Otho lorica ferrea tectus occurrit: disertè Tacitus i i. Histor.

SALVIYS OTHO] Qui *Sylvius* imprimunt, imperitè i s faciunt.

*Splendid. maio. ex.*] Origo illi è municipio Ferentino, pater Consularis, auus Prætorius: maternum genus impar, nec tamen indecorum. cet. Tacit. i i. hist. Aug. Idem sup. paullo. Vitellius ventre & gula sibi ipsi hostis, Otho luxu, sæuitia, audacia, maximè in iuuenta, Reipub. exitiosior ducebatur. m s s. tamen, & Veron. *Ferentano* per primam vocalem efferunt, & opidum non municipium faciunt. In Etruria collocat Plinius lib. iii. & Strabo v. qui *Φερεντινόν* scribit. Inf. *Betriacum*, non *Bebriacum* rectè scribunt iidem, vt in optimis Suetonij codd. Plutarcho etiam *Βητριανόν*. In nonnullis *Bedriacum* reperias per delta, ob affinitatem mutarum t & d.

*Menses quatuor*] tres, Veronensis, & ita notis Romanis scriberant omn. scripti codd. i i i. Pronus error typographorum, vt solet, addita littera. Tranq. & Eutropius nonagesimo & quinto imperij die, voluntaria morte obiisse affirmant, ætatis tricesimo octauo. Noster verò septimo. Tacitus à nobis

stat, lib. I I. hist. vbi & de iustis & inferiis illi datis, *Quidam, inquit, militum iuxta rogum interficere se, non noxia, neque ob meritum; sed æmulatione decoris, & caritate Principis.* Lege & Suet. c. X I I.

*Apud Placentiam*] Atqui Spurinna Placentiam tenens Cæcinnam Vitellianum ducem oppugnantem sustinuit, & obsidionem soluere cœgit. Tac. I I. Hist. & vicisse Othonem disertum, Suetonius c. I X.

*Ter consule*] Tertio Gryphius excudit. In Fastis Capitol. Cōsul fuit semel cū Claudio, & Censor anno, vt opinor, I O C C C I. post v. c. Auus eques Romanus, domo Nuceria, & rerum Augusti procurator. Suet. Vitell. II. cap. :

16 *Menses octo*] & diem vnum Eutrop. lib. v I I. De ætate lege Tac. I I I. Hist. extr. qui liber in Vitellij vita consumitur, *Iste mente crud.*] M S S. & Veron. *Iste tumens, crudelis.* placet: superbix enim exempla congestit Trauqu. cap. x.

*Cum profusione*] Luxuriæ enim sæuitiæque deditus. Suet. XIII. c. Tacit. I I. Annali. *Prorsus, inquit, si luxuriam temperaret, auaritiã non timeres.* Epularum fœda & inexplebilis libido: ideò etiam in inferiorem Germaniam missum à Galba sperante prouincialibus copiis profundam eius gulam posse expleri, auctor idem Tranquillus cap. v I I. Vitellij. De hoc ventre lege Tacitum I I, I I I. & I V. Hist. Aug.

*Principatum arripuit*] Lege Suet. cap. x v, *primatus codex* Veron.

*Vinctis à tergo*] *Vinctus* scripsit Pithoëi codex. *relegatis post terga manibus,* &c. Suetonius c. x v I I. Tacit. I I I. Annali extr. *Pudenda latebra semet occultans, ab Iulio Placido Tribuno cohortis protrahitur: vincta ponè tergum manus, laniata veste, fœdum spectaculum ducebatur.*

*Numerosis ict.*] *Minutissimis ictibus excarnificatus cum fratre L. Vitellio & filio Germanico.* Sueton. x v I I I. *Ingulatus in Tiberim deiectus communi caruit sepultura.* Eutropius lib. v I I. & Oros. *Ad Gemonias vbi corpus Flauij Sabini iacuerat, propulere.* Tacit. I I I. Hist. Idem sup. paullo capitetruncatum Sabinum, in Gemonias tractum scribit. Sueton. verò Capitolio, quò cum Flauianis confugerat, incenso oppressum: noster verò Orosium fortè secutus, viuum ad scalas protractum, ibique imperfectum.

*Litteris culti*] Ex Corn. Tacito sub initium tertii decimi  
Anna-



Annalis, Memini videre ab Had. Barlando viro, vt tum tempora ferebant, eloquenti libellum editum De litteratis vrbs Romæ principibus.

*Nimij forent*] Floriac. *dediti forent.* omnes verò m s s. *modica* præterunt, non *immodica*, & rectè. Confirmat eam lectio- nem & nouus Victor, in quo vocis *Absque* noticiam ex anti- quis auctoribus explicauit. Porro *traxissent immod. flag.* Gry- phius edidit. Et sup. *Vixit annos L XII.* Augustanus codex; Veron, verò *L X V I I.* neutrum probò: ex compendis notisq. numerorum menda nata, vt ferè in antiquis auctoribus.

*Hostis sui filiam*] Pronomen astitit à Floriac. & Veron. & 17  
tollerem, nisi in melioribus Suetonij libris esset toridam verbis c. xiv. vbi vulg. *sibi* non ita rectè, filium tamen Mucianus in- terfici iusserat, mansuram discordiam obtendens, ni femina belli restinxisset. Tacitus *iv. Hist. Aug. extr.*

*Amic. motus*] *monitus* codex Veron. sed illud malo, assen- tiente Tranq. *xiii.* Quod sequitur *dictis* rectè abest à m s s. omn. & Veron. De iocis (sic enim inf. appellat) idem c. *xxii.* & *xxiii.* Plautus *ridicularia* vocat Truculento.

*Lic. Mucianum*] m s s. scribunt per t *Mutianus.* lapides ta- men litterati per c, & Græcis *Muzianus* est: quo instigante & adiuuante arripuit Vespas. imperium. Legendus Tacit. lib. *ii. iiii.* & *iv. Hist. & Sueton. vi. c. & xiiii.* apud quem ita hoc extulit: *Ego tamen vir sum.* erat enim Mucianus impudicia infamis. Iocus igitur ex ambiguo,

*Obliqua dicta*] *Figuras* Sueton. c. *xiiii.* & Demit. *x. Mor- sus figuratos* Macrob. lib. *vii.* Saturn. vocat. De Demetrio Cynico philosopho Tacit. *iv. Hist. Sueton. Dio.*

*Vti quidam pr. put.*] In his Corn. Tacit. *ii. Hist. Aug. Pror- sus, si auaritia abesset, antiquis ducibus par,* 18

*Deformem incendiis*] In idem verbis Sueton. *iix. & ix. c.* De Capitolij varia fortuna primaq. origine Plutarchus, Poplicola, & Tacitus *iiii. Histor. Augustæ legendi inf. pronò transgressui* Cuiacij codex, & *Pertunsa petra* constanter omn. scribunt.

*Vologesus metu solo in pacem coactus*] Accusandi casu m s s. quæ lectio nimium quantum præstat. In Sueton. *vi. Vologesus* optimi libb. inflectunt.

*Syria seu Palestina, nec non Cilicia Trachea*] Sic vulg. ferè omnes, nisi quòd *Tracheta* Cratandri editio præferat; m s s.

F 5 verò

verò nostri, & Veron. *Syria cui Palaestina nomen est, Ciliciaq; ac Trachia & Comagene*: quam lectionem in suis mss. etiam reperit doctiss. Vinetus. Floriacensis tamen *Tracia & Commagena* scribit per primam vocalem. Eutropius *Trachiam, Ciliciam, Tracheam, Commagenem, quæ sub regibus amicis erant, in prouinciarum formam redegit*. Apud Sueton. quoq; ca. VIII. *Trachiam* in antiq. libris scriptum fuisse testatur Th. Pulmanus noster, qui iam diu suam in emendandis auctoribus fidem diligentiamque doctis probauit. Atqui ea iam inde à Claudij imperio in ditione pop. Rom. concesserat. Eusebius Chronic. *Ciliciam* verò multo antè Seruilus domuit, de eaque & Isauris triumphauit, & Isauricus dictus. Assentior itaque L. Torrentio, qui *Thraciam* in Eutropio expungit, & doctiss. Turnebo qui *Tracheam Ciliciam* in Sueton. legendum censer, quòd duplex ea Geographis sit: & Claudius Imperator Polemoni, adempta Bosporo Thracio, *Ciliciæ* partem attribuerit: auctor Dio. Confirmatur & auctoris nostri auctoritate: cuius tamen m s s. *Ciliciaq; ac Trachia* scribunt. Illud non celabo, perpetuò ita scribere eosdem, tametsi *Thraciam* significare vellent, ex hoc fortè loco erroris origine imperitis librariis obiecta.

*Regnaturum*] Sueton. *genefim habere imperatoriam*, c. XIV. & Domit. c. x. iccirco interfectum ait. Ceterum *Mettium & percerebruerat* geminatis consonantibus scribunt: De hoc certant Manutius & Lambinus. Hæc autem periodus, vt quod sentio dicam, sup. collocanda erat post Mucianum. Sed centones consarcinauit, & Suetonij ferè ordinem in describendo secutum apparet.

19 *Vigilare de nocte*] Noctibus vti solitum Vespasianum testis quoque Plinius Cæcilius lib. III. vbi de auunculo agit, qui ante lucem ad eum commeari solitus erat.

*Quacumque aduenissent*] Ex Tranq. sumta, qui tamen *abuenissent* dixit, rectius, & pro *auditis, decisis*. quod amplius gestationi & deinde quieti vacabat, cap. XXI. Porro de Caligula idem cap. III. *usum assidua equi vestatione post cibum*. Sic enim interpungendum rectè docuit Læuinus Torrentius, de Domitiano verò cap. XIX.

*Annum agens vita*] Exstinctus est IIX. Kalend. Iulij, annū gerens ætatis sexagesimum ac nonum, superque mensem ac diem septimum. Sueton. cap. XXIV.

*Crinitum sidus*] A Sueton. est XXIII. Cometam vocant Phy-

Physici, de quo Plinius lib. II. c. XXV. & Seneca quæst. Natur. lib. VII. *Summis potestatibus exitium portendere vulgò putatur.* Idem Suet. Nerone c. XXXVI. & Claudio c. XLVI. Tacitus de Neronis ætate Annali XIV. *Sidus Cometes effulsit, de quo vulgi opinio est tamquam mutationem regnis portendat.* Romanos barbam ponere, in luctu verò summittere soliros; contra Regulos externos fecisse constat: Suet. Calig. c. VI. Xiphilin. in Traiano (qui tamen Hadrianum Imper. mentum non rasisse ait) Tacitus Hist. IV. de Ciuili. & lib. de Moribus German.

*Ventris eluuiæ*] Aluo vsque ad defectionem soluta. Suet. Quare non placet Germanorum & Gallicorum exemplarium vò *ingluuie.*

*Stantem Imp.*] Hinc Julius Cæsar repentinum inopinatumque vitæ exitum, tamquam commodissimum præferebat. Sueton. Cæsare LXXVII. c. Quod dictum & Turbo vsurpauit apud Hadrianum Imper. teste Xiphilino è Dione:

*Matre liberta*] Suetop. Vesp. c. III. vbi *libertam delegatam* legendum coniectat doctissimus Torrentius, quod & hoc loco probatur, & L. antiqui pro *liberto* vel *liberta* sæpe scribebant. De Titi eloquentiâ virtuteque bellica, quibus domi militiâque claruit, Plinius auunculus in eleganti illa præfatione operis Natur. hist. ad Titum, & Sueton. Tito III. & IV. c.

*Patris*] *Paratis* M S S. *priuatis æstior.* vulg. ferè *omp.* quasi à *priuato* ita dictum sit, vt à *pueris.* Mox *luxuriæq; & auaritiæ amans credebatur,* Veron. edit. vt absit *fore*: vide inf. num. 77. de Theodosio, & Sueton. cap. VI. & vnde hæc sumpta ad verbum sunt, VII. qui *submissis & deposcerent* habet, vbi *uoster immisissis*, & post paullo *poscerent*, non ita rectè.

*Per theatra & castris*] in Veron. & M S S. vario casu.

*In quibus*] M S S. antiquè *in queis* & simplici n *Cacina* rectè scribunt. Dicitur enim *A. Licinius Cacina.* Rursus hæc à Suetonio sunt; qui tamen tamquam coniurationis, non adulterij reum, confodi iussu ait.

*Berenices*] *Berenicis* lib. vet. inflectunt. Vxoris eam nomine dignabatur, nuptias tantum pollicitus. Sueton. VII. c. Tacit. II. hist. Augustæ.

*Iurgia*] id est, iura: sic Catullus & inf. Nerva iurgiorum disceptator dicitur. Dinè igitur Torrentius, qui in Suetonio *cognitionibus patriis* reposuit, ita flagitante historiæ veritate, pro quo vulgò *concionibus*: corruptè haud dubiè.

Vocan-

*Vocantes, opin.]* M s s. & Veron. *optimè opinātes vocantesq̄*, quos sequor. & Sueton. *Propalam alium Neronem & opinabantur, & pradicabant*, cap. v i i.

*Eneruatorum greges] delicatorum.* Idem Tranqu. qui tamen spectare tantum eos desuisse Titum scribit, non eiecisse; Domitianum verò scena histrionibus interdixisse; in Domitiano cap. v i i. Quid si eunuchos non histriones intellegas? quibus Regina, Aegypti praesertim, uti solent. Terent. Eunucho. *Contaminatum congregem turpium virorum* vocat Horat. i. Carminum; ita enim restituit doctiss. Scaliger.

*Signum protulit]* Non malè etiam *pratulit*: sic facem nouæ nupræ praeferebant: & vide Seruium ad initium v i i i. Aeneid. Illud *soleret* quamuis in scriptis codd. comparet, non placet: sed illud, *simul imperium*. Venustum, Horatij more. Res nota ex Sueton. c. v i i i. Addit Cratandri editio *cauit vel concessit*. Augustanus cod. initio *dammata concessaue* pro donata: & hic *concessit* pro *cauit*.

*Perdidimus diem]* Laudat aureum hoc dictum praeter Tranquillum cap. i x. Aufonius in Panegyrico. Scitum illud Apellis: *Nullam hodie lineam duxi*.

*Ampliss. ord. duo.]* *Patricij generis*, inquit Sueton. i x. Simile factum Neruæ tribuit Xiphil. ex Dione, in quem Crassus Calpurnius Crassorum nepos coniurauerat: cuius & in Traiano idem meminit.

*Deductos]* *Eductos* Veron. illud malo. Mox *secum utrumq̄ assidere* idem coniungit. ceteri vulg. *omn. se utrimque*. Et post paullo, *potestatem* Veron. De insidiis Domitiani Sueton. i x. & Domit. i i. cap.

*Vesunius]* Variè appellatur & scribitur mons ille Plinij auunculi morte & incendio nobilis. *Vesubius* scriptum habent codd. quibus vsus sum, calamo exarati, ex frequenti commutatione b & u; ut Hispanis vouum binum sapit. Vidi qui *Vesuius* vel *Vesebius* scriberent. F. st apud me vita Plinij maioris Sueronio inscripta m s. ex bibliotheca Pithoëi, vbi *Vesunium* appellatum video, extrita tertia u littera. iuxta Neapolim est, ad mare vergens. Eleganter incendium hoc descripsit Dio, qui *βιοειος* appellat, ut *Vesuum* Maro. Vide Sueton. i i x. cap. & Abrahami Ortelij amiciss. ciuis mei Synonymiam Geographiam, accuratè diligenterque concinnatam.

*Quibus malis nonn. vexat.]* Sic quatuor vulgati Gallici & Germa-

Germanici. Veron. & m s s. *Quibus tamen malis nullo vexato.* verè, ad Suetonij, vnde exscripta sunt, sensum. Aliò respexerūt emendatores illi, aut aliud agebant.

*Vespasiani*] Afuit à vulg. omn. Nos è m s s. & Veronensi re-  
posuimus, nisi *etiam* pro & legere mauis, qui & *Domitilla* vt  
*Domitianus* per t scribunt, & numi qui sunt Augerij Busbe-  
quij V. C. Editi libri *Domicilla*. Inf. illud *vel coepta* requiro in  
Veron. libro, & certè abesse potest, vt patet ex Sueton. c. v.

*Incendio consumtas*] Tralata huc ad verbum ex Sueton. c. xx.  
nisi quòd *absumtas* habet, melius. Atqui bello Alexandrino  
bibliotheca ea conflagrarat: quomodo ergo inde allati libri?  
Sustineo.

*Sagittarum*] Rursus à Suetonio est xrx. qui tamen *pueri*  
habet, non *vir*. Pronomen *eius* adscribitur ex Veronensi. Idem de  
sæuitia c. x. & xi. τὸ *cadibus* afuit ab eodem Veron.

*More Caligula*] G. prænomen addunt m s s. Eusebius verò  
Chronicis Domitianum primum sibi Domini nomen vindicasse ait. sup. 9. num.

*Segnisq;*] Pithoëi codex *dignisque*. quod fortè nō reiciendū,  
vt de honoratoribus aulicis accipiamus. Cuiacij & P. Danielis  
*signisque*, quomodo & Veron. At quare *segnis* qui horas diligen-  
ter operi faciundo publicisque negotiis agendis partiebatur?  
Lauin. Torrentius in Suet. de ingenio *stylisque* tentabat: quam  
lectionem vtinam confirmarent libr. veti. Fauet satis, vnde hæc  
transcripta sunt, Tranq. codex. *Muscas*, inquit, *captare ac stylo*  
*præacuto configere*. cap. iiii.

Κλινοπάλην] Latinis litteris m s s. duo *clinopalen*. Cuiacij  
κλινοπάλην. Veron. verò *καιομένην*; quæ vox nescio an alibi ex-  
stet, à *καιομαι* facta. Mendæ occasionem dedit Græcarum lit-  
terarum capitalium similitudo α & λ. Martialis lib. xiiii.  
Epigrammatum, qui & ipse Domitiani æqualis:

*Non amo qui vincit, sed qui succumbere nouit:*

*Et didicit melius τὸ ἀνακλινοπάλην.*

*Responsum*] A Vibio Crispo, de cuius iocis etiam Xiphili-  
nus. Rursum locus hic mutilus est & malè consarcinatus; ad-  
dendum enim erat, *ne musca quidem nisi apud palestiram*. Quod  
si non impetro; transposita quædã esse nemo non videt: quid  
enim iis quæ de libidine interiecta sunt, respondet?

*Scortum*] Pro puero meritorio. Viriur Suetonius quoq. Vi-  
tello c. iiii. & Victor noster De viris illustr. Catone.

Norba-

*Norbanum Appium*] Postulat susceptum negotium, vt quæ in vet. exemplaribus reperi, bona fide repræsentem, etiã quæ damnem, vt aliis etiã ansa detur verum exculpendi. Floriac. *Narbonum Lappium* vocat. Veron. *Norbafum Lappium: Normanium Appium* Germanicę & Gallicanę editiones. Huius nomen in Sueton. non exstat, nisi quod cuiusdam Norbani consularatus meminit Vitellio c. 111. Ille verò L. Antoninus Saturninus dictus, in quem lepidè lusit Martialis lib. 1111. epigram. x1.

*Stephano*] Procuratore Domitillæ. Sueton. xv11. Zonaras interfectum ait, patrata cæde Tyranni, ab iis qui coniurationis conscij non erant. de hoc inf. numero 25. Clodianus verò Cornicularius fuit; de quo officio militari dicere memini ad Viros illust. in A Emilio Scauro. De Domitio & Paride histrione eiusque discipulo Sueton. cap. 111. & x.

*Efferri*] Per vespillones populari sandapila; & Senatus eradendos vbique titulos, abolendamque omnem memoriã decreuit. Sueton. xv11. & xx111.

*Saculares ludi*] Computata ratione temporum ab anno, non quo Claudius proximè, sed quo Augustus olim ediderat. Suet. 1111. c. Tacitus x1. Annali, se iis intentius adfuisse scribit sacerdotio xv. Virali præditum, post Prætorem. Dolendum verò libros quibus res Imp. Domitiani composuit, intercidisse. Annus hic, opinor, fuit V. C. 1000cxli.

24 *Moderatius*] Lætiior Reipub. itatus cœnit abstinentia & moderatione intèquentium Principum, Suet. Domit. extr.

*Menses tredecim*] *Menses xvi. & dies x.* sic M s s. om. rectius: tot enim numerant Xiphilinus & Eutropius: qui tamen in ætate discrepât. Hic septuagesimo, & altero anno mortuum scribit; ille quinto & l. x. additis mensibus & diebus x.

*Verbis amissis*] Ita repotui ex M s s. *amicis*, quod est in Vireti editione, vereor ne operarum somnium sit. Adiuuat & Veron. qui etiã sup. *trepidauit mente* addit.

*Arrius Ant.*] In vulg. quibusdam *Arius Antonius* appellatur. Inf. *non molestus*, M s s. & Veron. *haud molest.* vnde codd. quidam aut malè impresserant. Insignis hic locus communis nescio vnde exscriptus.

25 *Hic ne accessum malignorum terreret.*] Ita Vinetus edendum curauit, nescio quos libros secutus. M s s. nostri & vulgati, quotquot vidi, omnes sine vlla varietate, *Hic ne accessu malino-*

*enaliuolorum terreteretur, Iunij Maurici.* non improbo. exstat historia apud Plinium Cæcil. lib. 1111. epistola xxii. quem locum felici interpunctione idem Vinerus emendat.

*Petronium, Stephanum* ] *et Stephanum* in nullo m s s. comparat nec in Veron. Augustano & Gryphij, & rectè. quis enim duos vno ictu interemptos credat? Suspicio sup. adscriptum *Secundum*: indeque factum ab aliquo ludimagistro *Stephanum*, quod eum sup. inter percussores Domitiani nominatum recordaretur. Atqui Zonaras non malus auctor, in cæde ipsa Imperatoris Stephanum quoque interfectum refert ab ignaris coniurationis. Non igitur à Neronis militibus. Eutropius sanè *Petronium Secundum* Præfectum prætorio nominat, cum de Neruæ auxiliatoribus ad regnum adipiscendum loquitur sub initium lib. v 111. & Parthenium interfectorem Domitiani: quem Orosius spadonem facit lib. v 11. cap. xi. Tranqu. verò *Maximum* dumtaxat libertum inter eius percussores numerat, in Domitiano c. x v 11.

*Casperio*] Sic vulgati. *Casperi* m s s. 2. inflectunt. *Caspari* Veron. à quo fortè Christianum nomen ortum. *Emperio* Augustana edit. habet. *Ælianum Casperium* Dio vocat, Præfectum prætorio, quam etiam dignitatem sub Domitiano gesserit.

*Apud pop.*] Veron. *ad pop.* & mox *quod pessimos nefandosq; omnium*: quomodo & m s s. *Iidem cooptauit* pro *adoptauit*. Obserua verò Liberi singulari numero dici, vt & in Victoris Gordiano. vide Notas. Vnâ filiam liberos vocat contrà Terent. numero multitudinis, Hecyra, & Cicero De aruspiciu responsis.

*Tribus vixit mensibus*] *Annis* m s s. Veron. & Augustanus codex. Mox Basil. Cratandri, *Suggerente ira, nocte voce quàm maxima.*

*Quo refrigescente*] Hæc absunt vsque ad *Eo die* in vtraque Basii. Augustana, & Lugd. edit. m s s. verò *Horror corporis nimium initia febris prauit.* Veron. à Vinerio nihil variat, nisi quod *prauit* legit. Pithoëi m s. *refrigerante* præfert.

*A Senatu quondam*] Aliter libri scripti & Veron. *vt quondam Augusti honore delato in sepulcro Augusto.* Floriacensis tamen relato, Cuiacij relicto.

*Annis viginti*] xix. Orosius lib. v 11.

*Summorum scriptorum*] Explebit lectorem vel vnus Plinij Panegyricus. Dolendum eos intercidiſſe qui Traiani vitam copiose in litteras miserunt, Marium Maximum, Fabium Marcellinum,

cellinum, Aurelium Verum, Staium Valentem : quos laudat Lampridius in Alexandro Seuero. Ceterum postea in Senatu Principibus felicitatis omnis & augurij causa acclamabatur: *Esse felicior Augusto, melior Traiano*. S. C. quoque factum est ut *Optimus* appellaretur. Dio, Eutrop.

*Cibo vinoq;*] De vinolentia inf. quoque in Theodosio num. 76. Scitum illud Catonis, *Vnum Casarem sobrium ad Rempub. accessisse*. Sueton. Cæsare LIII. Herba parietina dictus inf. numero 60. De Pompeia Plotina num. 66. & in Theodosio plura.

*In amicos*] Quamobrem in amicos comis esset rationem ipse reddidit apud Eutropium. Mox *promere* scriptum habet: vulgò *prodere*.

27 *Iuris humani*] Testis liber x. epist. Plinij, si illius est, qui ad illum omnia retulit.

*In remedium*] Mouisse lacertos Remp. sub Traiano inquit L. Annæus Florus, & Sex. Rufus in Breuiario. *Electus* pro *datus* est in Augustano cod.

*In quibus*] Aliter hic locus in m s s. Veron. & Basil. utroque legitur, *in quibus præ. cornicem è fastigio Capitolij Att. serm. effatam esse καλὸς huius*. August. codex *assata καλὸς*. Cuius. Suet. verò extr. lib. XII. Domitiani temporibus accidisse ait. Inf. *invehi* Veron. & m s s. pro *inuecti*.

*Tiberis inundauit*] Vide Plinium lib. III. c. v. Nat. histor. Inundauit & sub Othone, Suet. c. VIII. Tacitus I. Hist. Augustæ. Mox, *adium proximarum* amplius est in m s s. quibus ferè Veron. exemplar consentit. De terræ motu, fame, & peste Dio Cassius, Orosius, alij.

*Statuens ne domorum*] Augustus P. Rutilij Rufi exemplo ædificiis modum imposuit, ne ædes altius LXX. pedes tollere liceret. Traianus ad LX. reuocauit. Sueton. Octauio cap. LXXIX. Strabo lib. v. Geograph. Exstat Neapoli in marmore lex ædificantium, cuius prima pars truncata est.

*Sexag. quatuor*] Variant Historici. Sexagesimo secundo ætatis, ventris profluuium, imperij vndeuigesimo, additis mensibus & diebus xv. mortuum, auctor est Dio, Eutropius, & 28 Orosius.

*Stirpis Italica*] Legitur in mss. *Itala*, quod tamen abiudico. Italica enim Hispaniæ vrbs, quæ & Traiani patria. An verò & Silij poëta: ἐπίλω & A M P L I V S pronuncio.

*Annis*



*Annis XXII.]* Vulgati tres xii. dumtaxat numerant.

*Hausit] Auxit* editi omn. Cuiacij & Veron. addit, *positus*, non *sermone*. Mox *Musiciis*, *Geometria*. Frobenianus verò, *peritus] non sermone*. Cratandri, Gryphij & Augustana editio, *poëtico non sermone tantùm*.

*Medendiq; scientia] Vereor* ne legendum sit *numerandiq;* ex Spartiano, qui & *Matheseos peritum* facit in Aelio Vero.

*Geometra] M s s.* consentiunt, nisi quòd *Geometer* declinant. & inf. *fiçtorq;*: excusi tres addunt *fiçtor amulatorq;*. Post paullo, *Proinde omnino ad ista & facetus*, vt eleg. *vmquam raro quicquam*, M s s. præferunt & Veron. Quidam pro *erat factus* legunt *effectus*: alij *effiçtus*.

*Memor] Vno eodemq; tempore* scripsit, dictauit, audiuit, & cum amicis conlocutus est. Spart. Pro *pedibus*, *passibus* libb. scripti & Veron.

*Impetum mentis] Impetus* M s s. August. *imperij*, quod non placet, nisi *ac vitia atque virtutes* legas.

*Clementiam simulans] Veron. & Froben. clementiamq; simulans ardore gloria.* reliqua absunt. Et mox *acer nimis ad laceff.* M s s. & Veron. Deinde pro *dicto, dictui* iidem. & sup. *regebat* Cuiacij codex, vulg. *regebat*.

*Qua palam] Aliter* 3. scripti codd. *Qua palam iactabat se*, 29 *quòd immane ingenium probauisset, elaborasse, ne.* Sic & Augustanus, nisi quòd *persuauisset non probauisset* habuit longè alio sensu. & Veron. *gestabat pro iactabat.* Vidi qui, *ne ex eo humani generis perniciès grauidaretur*, excuderunt. Mox in eodem & M s s. *succutaneus morbus* appellatur, & *dolore arduus*, pro quo vulg. *ardens*. Rursus *occultius* pro *occultus* iidem: vt inf. *perseuerant* numero multitudinis. Ceterum Indicem dignitatum Romanarum & administrationum, tam ciuilium, quàm militarium in Occidentis regionibus Hadriano imperante, edidit Georgius Fabricius Chemnicensis, vnà cum Antiquitatum monumentis, vrbeq; Roma.

*Quamuis eum] Absunt* à Veron. vsque ad, *aded tremantibus* 30 *eumq; amantibus.* sic enim quidam legunt.

*Imperatorémue putarent] Ita* Colinzus excudit. Veron. & *imperatorem verè putarent*: vnde nostra lectio cusa est, quæ tamen non displicet. Habebat autem frequenter in ore Scipionis illud: *Malle se vnum ciuem seruare, quàm mille hostes perdere.* Iul. Capitolinus.

*Vno ore in caelestium morem*] Ita vulg. quos quidem viderim omnes, excepto vno Veron. qui cum scr. libris legit, *in morem caelestium*. Nam illa *vno ore* superant, facta ex illo *in morem*. Mox quoq. *quinesiam* pro *ad quem etiam*, & *Bactriani* populi in iisdem: & *vultu serie pulcro*, pro quo vulg. *sereno & pulchro*.

*Actuum publicorum*] Veron. & m s s. *Actui publicorum minimè suffic. deest laboribus*. Sup. verò *paris aliquantum*. Inf. pro *instantibus, instigantibus* excudit Frobenius.

*Cum esset ann. sept. du.*] Abiunt hæc à m s s. & Veron. & certe librarij non auctoris manum olet. Eutropius enim lxxi. habet. Capitolin. septuagenarium tantum facit. Nouus Victor vel verus potius, ætatis septuaginta quinque annos illi tribuit, imperij viginti dumtaxat.

*Mill. pass. duodecim*] Ita reposui ex Eutropio lib. viii. & Orof. viii. astipulantibus vulg. optimis. Et mox *tres atque viginti*. Sic enim paullo ante Victor: & in numeris minor numerus cum Articulo, non digito vel composito numero, vt Arithmeticoꝝ filij appellant, cohæret. Absurdè igitur in quibusdam *tres atque duodecim*, & sup. *viginti* transpositis vocibus; valde vt mirer in secunda edit. Vineti, hominis alioqui perspicacissimi, oculos hæc fugisse.

31 *Marcus autem*] M. *Ann.* meliõr codicis Pithoëi nostri scriptura, quod & in Floriacensi alia manu erat emendatum. Scripserat auctor *Aur.* vna commutata littera sic factum *aur.* Mox idem *publicis* rectiùs quàm *plurimis*; & Veron. qui & *quies numquam erat.* & inf. *locustarum species infesta prorsus; vt nihil.* sic interpungit.

*Aliunde quid*] sic vulgati m s s. *aliudue* & Veron. additque *ea mala gignit*. Præclare sic Cicero Paradox. *Cum tibi siue Deus, siue mater, vt ita dicam, rerum omnium Natura dederit animum, quo nihil est præstantius, neque diuinus; sic te ipsum abicies atque prosternes, vt nihil inter te, atq. inter quadrupedem aliquid putes interesse.*

*L. Annium Verum*] Capitol. nunc *L. Aurelium Verum Commodum*, nunc *L. Ælium* vocat; *L. Annæum Verum* Veron. liber appellat.

*Qui Verus inter*] Augustanus codex, *Qui Veronam inter atque Concordiam* corruptè; vt patet ex Capitolino.

*Ïctu sanguinis quem*] Ab Eutropio mutuatus hæc; que quàm vera

vera sint, viderit S. P. Q. Medicus; nam mihi N. L. *Amplius* igitur pronuncio. Si quis coniecturæ locus, *ictu sanguinis* superesse videtur, leg. que morbo quem Græci *ἀποπληξία* (Veron. *ἀποπληξίαν*) vocant. Sic ferè ex Eutropio, Orofius lib. v r r. c. xv. *casu morbi quem apoplexian Græci vocant, suffocatus interijt.* De Valentiniani interitu simile quid Diuus Hieronym. Chronicis. Nisi fortè persuasum Epitomæ auctori, quod vulgò, cum quis repentina morte corrui, euenire id gitta sanguinis è capite in cor delata: ideoque ictum sanguinis vocasse. Capitolinus certè detracto sanguine Altinum perductum, tri-duoque mutum vixisse auctor est. *ἀποπληξία* autem stupor corporis mentisque vertitur & languor. Galeno autem libro Definitionum, *ἔστι κλονὴ ἀγνοίας μετὰ ἀνασθησίας καὶ παρίσιας ἔσώμετος.* Qui & libro *ὑπὲρ ἀσθενώσεως* copiosè de morte L. Veri.

*A principio*] Rursus ab Eutropio est, & Iulius Capitol. iisdem verbis in Antonino medio. Cum utroque igitur tota hæc pagina comparanda est: inde enim ad verbū transcripta: discēs denique quantum hic Racemator sibi permiserit. 32

*Vultum*] abest à Veron. vt antiquè dictum sit quemadmodum apud Sallust. *vertit* pro *vertitur*: ceteraque apud Prisc. Abest & *peritissimus* quod sequitur.

*Molestus nulli fuit*] Sic iubet lex vlt. de quadr. præscript. & Institut. de vsucap. & longi temp. præscript.

*Cassius*] Auidius Cassius Cyprius fuit, quem depinxit Vulcatius Gallicanus.

*Veste teta amictus*] *Veste trita indutus* Veron. non malè. quid si *atrata*? Inf. lege *pari consensu*, ex eodem & m s s.

*Ab incolumi quamuis*] Veron. *ab incolumi vis paulatim.* 33  
Capitolinus extremo Antonino, vbi hæc narrat, ita corruptus, vt nullum sensum elicere potuerim: adeoque sine veteri codice sanari posse desperem.

*Veneri poculum*] Quod cum minus operaretur, per Athletam cum quo exerceri solebat, eum strangulauerunt. Lamprius Commodus. Athletam autem hunc Eclectum AElis Veri libertum vocat Capitol. in Vero extr. Spart. autem Senecro Narcissum quemdam Commodi strangulatorem facit, quem hoc nomine leonibus obiecerit Seuerus, qui & Diuum appellare ausus est Commodum, vt se de Senatu vlcisceretur. Viuus tamen etiamnum hostis generis humani iudicatus. Orof.

qui & in domo Vestuliani strangulatum ait.

34 *Helvius Pertinax*] *Ælius Pertinax* vocatur Orosio, & menses sex imperasse. Lib. VII. c. XVI. *τὸ imperavit* huc ex præcedenti linea odiosè inculcatum. Exturbandum igitur & obelo fodiendum.

*Tale cognomentum*] Aliter Capitolinus initio: Ex continuatione lignariæ negotiationis, quod pertinaciter eam rem gereret, patrem ei hoc cognomentum imposuisse.

*Origine gentis*] Tres M S S. *origine ortus sordida*, quomodo & Veron.

*Septem atque sexaginta*] Tu vide ne *sex atque septuaginta* scripserit suppositivus Victor & librarius in notis, ut ferè peccarit transponendis: feceritque *septem atque sexaginta*. sed mihi meum placet somnium; propius enim abest à vero. Norunt qui libros vet. tractant quoties erratum in numeris, alio dictante malè exceptis à librariis oscitantibus, & ad finem nimis, lucri studio, properantibus. Similem scribarum errorem in Victoris Vitellio deprehendi.

*Assumptus prouectusque eò ut*] Aliter longè M S S. *ad summos prouectus usque eò, ut Fort.* Nec dissentit Veron. nisi quod honores addit, *ad summ. prou. honores usque eò ut.* Huc pertinet illud Plauti Captiueis, *Dij nos quasi pilas homines habent.* Eandem fortunæ commutationem expertus Septimius Scuerus, qui & Pertinacis nomen induit, ut tandem exclamaret, *Omnia fui, conducit nihil.* Spartianus & Victor.

*Quæ à Gramm.*] Contrà Dionysius Syracusanus tyrannus ex solio in pistrinum litterarium detrusus, ubi pro sceptro & diademate ferulas & virgas tractaret, veteris regni specimen. Iustinus lib. XX I. extr.

*γενελογον*] Veron. *γενελογον*, deprauatè. Capitol. totidem pænè vocibus; sic dictum *quòd verbis magis quàm re ipsa benignus esset.* Sed hac tota de re vide doctiss. Pithoëi Subseciuarum lectionum lib. I I. ca. I I I.

*Communem se affatu*] *Comem* Veron. Nihil demuto: inf. enim in Decio num. 44. & in Theodosio 75. *cois* pro *comis* ponitur, Græcorum imitatione, qui *κοινος* hac notione vsurpant: ut Demosthenes *κοινὸν τὸ πέναν*, & Phocylides apud auctorem Erymologici. Sic optimum exemplar M S. Corn. Nepotis, siue is Æmilius Probus est, quod mihi doctiss. iuxta ac humanissimus Puteantus vtendum dedit, in Miltiade pro *mira comitas* disertim

sertim *communitas* scriptum præfert. Vox rarius v̄s̄itata; for̄tè, quòd cum *cois* compendio repperissent, semper *comis* legerint. Sic & in Terentij Se ipsum cruciante Actu v. scriptum in mel. libris idem me monuit:

*Quemquámne animo tam communi aut leni putas:* quamquam idémne valeat *cois* quod *comis* liquidò affirmare Muretus non possit. Et apud Tranqu. in Claudio c. x x i. *Nec ullo spectaculi genere communior aut remissior erat.*

*Ad vsque defectum*] Adde ex M S S. & Veron. *vocis vsque:* manca alioqui sententia, nullo sensu procedens. Concinnius fortassis hoc ordine concipiatur lectio, *ingeminatis plausibus ad vocis vsque defect. accl. est.* Nihil tamen pronuncio.

*Pescennius*] *Piscennius* (scr. lib. & Veron. *Pescenninus* vulgati tres.

*Decollatur*] pro capite truncatur. Sueton. Caligula: Miles 35  
decollandi artifex, quibuscumque è custodia capita amputabat, cap. x x x i i. Vitur & Seneca. Translatè verò Plautus Capteuicis: *si spes cenatica decollabit.* & Casina: *si fors decollasit, gladium faciam culcitam.* Operæ est occasione huius verbi fragmentum Fenestellæ ex Diomede eruere; quod ad Suetonium, Plutarchum, & illa Victoris, quæ ad Viros illustr. primè è M S S. addidimus capita illustranda, pertineat. Sic enim ille lib. i i. Epitomes: *Quemadmodum Cesar à piratis captus sit, utq̄, eos postea ceperit & decollauerit.* Tranquillus verò Cæsare cap. l x x i v. & Plutarchus iugulatos cruci suffixos ait. Victor noster de Viris illust. simpliciter piratas captos & punitos: quo genere supplicij, tacitus præterit.

*Per trig. duo*] Ex Eutropij libro v i i i. vt pleraque. Men- 36  
dum adhuc hæret in Orosio, etiam eo, quem Fr. Fabricius vir doctiss. recensuit: legitur enim *per c x x x i i. pass. M.* Centenarius redundat ex Dione, & Spartiano: quorum hic, etiam Adrianum, in vita illius scribit, primùm in Britannia, correctâ disciplina murum per octoginta millia passuum duxisse.

*In finem perseuerans*] Alludere ad nomen videtur, nec enim *Seueri* nomine contentus, Pertinaciis addidit. vide Spart. Pòst in *Anullino* lambda geminatur in M S S. & Veron. Inf. tamen Diocletiano *Anulinus* est: vbi vulg. *Amilinus.*

*Honores venundari*] Vereor ne *μην μενειν εν ἀμάρτησιν* sit, quòd nemo eam illi laudem tribuat; falsus for̄tè in nomine: *Seueri* enim Alexandri proprium hoc, qui magistratum nundinatio-

nem detestatus est: cum iudicaret, necesse esse, vt qui emerit<sup>us</sup> vendat. Legēdus Lamprid. Alexandro. Non dissimile Pescennio Nigro tribuit Spart. Iudicem nec dare nec accipere debere: ideoque salaria iis constituit.

*Annos LXV.*] LXX. And. Cratandri & Gryphij edit. proprius verum: octoginta enim nouem annorum facit non semel Spartianus. Moriturus autem iussit signum Tribuno dari, *Laboremus*: vt Heluius Pertinax, *Militemus*. Idem Spart. Sup. paullo *cruditatem passus est in editis quatuor.*

37 *Furore poenas*] Hoc nusquam de Caracalla memini legere. Adrianum quidem furore laborasse auctor est Lamprid. sub initium Alagabali.

*Vltrices vocantur*] Vt apud poetarum principem, *Vltricesque sedent in limine dira.* v i i i. Aen. quæ & lib. x i i. depinguntur. Sic furiis agitatus Orestes & Ajax Poëtis. Et Neroni matris interfectæ species obuertatur apud Suer. cap. x l i v. & x l v i. & Othoni manes Galbæ, Othone c. v i i. Eleganter Tacitus de Tiberio loquens v i. Annali, initio, vel, vt alij distinguunt, quinto: *Non frustra, inquit, præstantissimus sapientia firmare solitus est, si recludantur tyrannorum mentes, posse aspici laniatus & ictus: quando ut corpora verberibus; ita sanities, libidine, malis consultis animus dilaceretur. Quippe Tiberiū non fortuna, non solitudines protegebant quin tormenta pectoris, suasque poenas ipse fateretur.* Sed non vacat campum hunc ingredi: vt nec de assentatoribus dicere: exemplorum enim multitudo deterret. Hoc tantum monebo lectorem me in Augustano cod. *assentantium* repperisse, pro *assentantium*.

*Magnum*] Sic etiam vocat Paullus I. C. in veterum Prudentum fragmentis, quæ immortalis P. Pithoëi beneficio cū Mosis legibus comparata circumferuntur, Tit. i i i. De adulterio: *Magnum, inquit, Antoninus pepercit eis qui adulteros inconsulto calore ducti, interfecerunt.*

*Ad lauum humerum*] *Leuicum* Veron. Simile de Platonis discipulis alibi legitur: sed libris destitutus studioso lectori quærendi laborem mando.

*Quod in ore*] *Quod more* idem Veron. præfert: nil muto. Simue sup. 30. *Iulius Caesar Gadibus Alexandri visa imagine ingemuit.* cet. Suer. cap. v i i. Ea signare litteras aliquamdiu solitus Augustus. Octa. ca. l. Vide infra in Aureliano num. 49. & 57. Plautinum illud huc quadrat de milite glorioso:

*Itaque*

Itaque Alexandri præstare prædicat formam suam.

*Impatiens*] *impatiens* libid. rursus est in Veron. Eutropius, vnde hæc ad verbum descripta, nihil variat. & *Carris* legunt Basileenſis vterque, & *Ædessam* cum diphthongo. *Carras autem profectus Luni dei gratia, die natali suo* V I I I. *Idus Aprilis ipsis Megalensibus.* Spartianus. Qui & de Luno deo quædam, vnde & Alogabalus Imp. nomen acceperit. Herodian. lib. v I.

Ferè *triginta*] Spart. & Eutrop. X L I I I. annos numerant. Coniicio scriptum fuisse ferè tres & quadraginta.

*Ad offic. natur.*] Cùm leuandæ velicæ gratia ex equo descendisset, rursusque in equum leuaretur, à milite quodam Macrini Præf. prætor. iussu latus confossum: Spart. Oros. verò lib. v I I. ab hostibus circumuentum ait: Sextus Rufus in Breuiario, propria morte obiisse, & in Osroëna sepultum, non, vt noster, Romam corpus relatum. Quem auctorem priusquam de manibus deponam, liber duobus locis emendare, quæ etiam in Brugensi edit. longè optima corrupta sunt. Ad medium: *Nunc eas partes totumq; Orientem:* reponere ex M S S: *nunc Eoas partes.* hæctenus enim de Occidentali & v I I. trionali plaga egerat. Post paullò lege ex iisdem. *ne quid tamen P. R. non viris (viribus alij) partum haberet, armis* (vulg. malè *arma*) *per nos ab Antiocho Syriarum rege maximo est vindicata.* de Asia enim sermo est.

*Semea consobrina*] *concupina* Augustano codici. In M S S. & Veron. *Sæmea* scribitur cum æ diphthon. Ab Herod. *Σαμεία* lib. v. appellatur, & Xiphilino. *Semiamiram* Capitolinus Marerino, & Lampridius Alagabalo vocant. *Semia*, Syra Eutropio est lib. I I X. Porro regnasse autumat Oros. lib. I I X. annis quattor.

*Heliogabalus*] *Ἡλιογάβαλος* est Herodiano: *Δίωνι Ἡλιογάβαλος*, *Ἀβίτ*, *καὶ Σαρδανάπυλ*. in numis verò antiquis ferè *Alagabalus*, vel *Elagabalus* reperias: & Phœnicibus Sol est, vel, vt quidam, Iuppiter, inquit Lampridius: qui & inde sic dictum ait, quòd interempto Macrini factione Caracalla patre, in templum dei Alagabali ne interficeretur, velut in alylum confugisset. Et ira Victor ipse nunc primùm à nobis erutus. Græcis etiam Sol *Ἡλιος* dictus. Forè huc pertinent quæ de Luno deo refert Spartianus Caracalla. Locus verò aut insigniter deprauatus, quem sine libris mutare non ausim; aut

à Lampridio & Herod. longè diuerſa narrat Racemator iſte.

*Vest. virginem*] Aquiliam Seueram vocat Xiphilinus. Mox fortè *M. Aurelium* pro *Marcellum* rectius quis leg. putet: Aurelium enim Alexandrum Oroſius, Spart. & Rufus nominat. Sup. *Natura defectu nondum poterat*, melius eſt in *M s s.* & inf. à militibus: iidem contrà, vt & Veron. *ex re qua acciderat* numero ſingulari. *Tractimiq;* eſt in Auguſt. & Veron. In Cuiacij *M s. Trartiriusq;*.

- 40 *Hic bonus*] *bonis* vulg. ferè omn. Veron. *Hic bonus P. R. fuit arumnoſus*. Inf. quoque *compreſſus* integrius, cum *M s s.* qui mox ita legunt, *vt illa ipſa permodica, ſi menſa prandioq;* *ſuperſeſſent, quamuis conuiuiſio reponerentur*. Ex quibus nullus idoneus ſenſus elici poteſt.

*Apud Aquiliam*] Abeſt ab omnibus *M s s.* & Veron. Auguſtanus codex, *apud ſeditionem mil.*

- 41 *Militari ioco*] Significat credo ioca, qualia triumphantis curram proſequentes milites ioculariter canere ſolebant impune. Sueton. Caſare cap. *x l i x.*

*Ne catulum*] Non diſſimile illud Ariſtophanis ἐν Βαργάχοις,  
οὐ γρη λείοντι σκύμνον ἐν πόλῃ τρέφει  
μάλιστα δὲ λείοντι μὴ ἐν πόλῃ τρέφει.

quam quidem ille ſententiam AEſchylo tribuit. Pericli verò ab inferis reuocato veluti oraculum Val. Maximus lib. *v i l.* cap. *i i.* De Balbino & Pupieno (qui in *M s s. o. Pupianus* eſt) ad Victorem noſtrum plura.

*Vndeiceſimo*] vulg. quatuor *viceſimo*, quot & Capitol numerat.

- 42 *Prope ſines Rom.*] Apud Circeium caſtrum; Capitolinus Gordiano: *x x.* miliaribus à Circeſſo. Eutrop. lib. *i x.* & Oroſ. lib. *v i l.* cap. *x i x.* & Sex. Rufus. Mentio Circusij, quod in Capitolino Egnatius reponendum cenſet, apud Ammianum Marcell. lib. *x x i i i.* Titulus eidem Gordiano poſitus exſtat apud eundem Capitol.

- 43 *Gaius Iulius Saturn.*] Vulgò ferè omnes *Gallus Iulius*: non probo. De ludis ſecularibus ad Victoris Philippum quædam norau. Vide & ſingularem Onuſrij Panuini libellum. Decius hic integer ferè ab Eutropio eſt. Inf. *Lucinianus* eſt in *M s s.* Veron. & tribus vulg. per quintam vocalem.

- 45 *VIRIVS*] Lege *VIBIVS* ex antiquis nūmis, in quibus eſt, *C. VIBIVS TREBONIANVS GALLVS AVG.*

*Reſſil.*



*Pestil. confusoratus*] qua sola Imperium horum insigne, ad vltionem cædis Christianorum à Decio factæ. Orosius v i i. cap. x x i. & x x i i. Zonaras i i. Annali. Eutrop. i x. & Eusebius Chronicis, qui & Cypriani libellum laudat De mortalitate (sic enim vocat *δυσφημία* vitandæ causâ pro pestilentia) temporis huius occasione conscriptum; qui hodieque in manibus est.

*Septimo circiter*] Veron. *septimo circ. & LX.* nisi fortè trāspositæ litteræ, vt sit, à XL. adeò impedita omnia: sed in ætate non tanti est: de Imperij annis singulorum magis laborandum, vt quâ fieri potest, temporum series constet.

*Interamnem*] habet Basil. & August. Mox *mensē quarto dominatus* generandi casu, Pithoëi cod. Et inf. sic legit, *Apud Spoletum, siue inter Oriculum Narniamq; & urbem Romam,* &c. reliqua desunt. Cuiacij cum vulg. contentit. Rursus: *Tribus minus quinquaginta M s s. o.* pro quo vulgati *quatuor minus quinq.*

*Lucinius*] *Lucinius* Cuiacij scriptus codex, vt & sup. 44. num. 46

*Publici officij*] Excusi tres: *ad usum aliquem publicum officio, consilio.* Trebellius autem Pollio contrâ, nobili stirpe ortum, moribus laudatis, cet.

*Valerianus in Mesopot.]* Rursus Eutropiana sunt. De xxx. Tyrannis, quorum plerique hic nominantur, Trebell. Pollio legendus.

*Salonianum*] *Saloninum* Pollio: sic dictus vel quòd apud 47 Salonas natus esset, vel à matre Salovina: quin & Piparam concubinâ nominat: Victor noster *Pipam* concisè, absq; litura.

*Aureoli commento*] Quali, explicat Victor ipse, vnde hæc sunt: diuersa verò Trebellius Pollio in Gallienis immisissis à Marriano, & Cecropio Delmatarum duce percussoribus interemptus circa Mediolanum.

*Annis duobus*] Veron. *disertim annum vnum, mensibus i x.*

*Dum adolescens à muliere*] Cratandri & Gryphij codd. 48  
*dum ab Licensa muliere.* August. editio, *dum alij Licensa mul.* fortè corruptè pro à *Licensa.* Hic mihi aqua hæret: nam morem instituendi ad vxorem apud antiquiorem auctore legere non memini. Paulus enim Diaconus hinc exscripsit.

*Receptis regionibus*] *Qui me audiet, ita reponet, rec. legioni- bus adu. gentem Germ.* Sic enim M s s. & Veron. vulg. omn. *regionibus, & aciem,*

*Imaginem auream*] Clypeum aureum vocant summo consensu Pollio, Eutropius, Orosius. His quoque frater eius *Quinctilius*, vt & in M S S. vocatur: Trebellio verò Pollioni trisyllabus est.

- 49 *Romanum orbem*] Sic emendavi auctoribus libb. & Vopisco. *Romanam urbem*, quod hactenus legebatur, concoquere non possum. Terminos enim & limites propagati Imperij significat. Sup. *annum* pro *annis quinque* exemplar vnum M S.

*Alex. annos tredecim*] Veron. *Annis vix x.* Curtium vide, & de Græcis Plutar. & Arrianum, qui lib. v i i. regnasse ait A. x i i. M. v i i i. Vicesimo enim anno regnum arripuit, tertio & tricesimo extinctus. Cicero Philipp. v. & Oros. i i i. l. c. 23. Inf. non displicet legi *subegerit* vet. libris auctoribus, qui mox *Septiminius Imperator* præterunt. Rursum *victos*: vulgati *victor*, & post paullo *visebatur*.

*Aspergens hominem*] Veron. *asserens hominem elegantis loco*; perperam fortè pro ioco. Diuersum Cæsaris de se dictū exitat, Malle se in alpium opidulo primū esse, quàm Romæ secundum. Plutarch. Ceterum de *Correctura* quædam ad Victorem diximus, quibus adde l. de omnib. D. de offic. præsid. & l. vnic. C. vt omnib. iud.

*Fraude serui sui*] Eutropiana sunt ad verbum vsq. ad Florianum ferè, quem cum hac Epitoma comparandum censeo, vt consarcinatoris industria vel audacia potius appareat: qua Victoris nomine auctoritatèque, subditicium librum hactenus obtrusit.

*Nomina pert. annotata*] *pertulit adnot.* absque nomina M S S. Vopiscus, *breue nominum* appellat. Hinc *Breuiarium* vox non inepra, Plinio, Suetonio in Augusto cap. vlt. Vespasian. cap. xxi. & Senecæ epist. x x x i x. vsitata.

- 51 *Exercitus equitum Probum*] Totidem panè verbis hæc Vopiscus Floriano: *to equitum* tamen non comparet: *Pr obum*, inquit, *omnis exercitus legerat*, & vereor ne supersit. Veron. enim & Cuiacij lib. *Equitium Probum* nominat, nescio quàm verè. Vopiscus enim & numi vet. *Aurelium Valerium Probum* appellant; vulg. ferè omnes *Equitanium*. Lector viderit. Inf. certè in Valentiniano *Equitius* quidam nominatur, num. 70.
- 52 *Delmatio sanguine*] M S S. & Veron. *nomine*. Idem Vopiscus quinque dumtaxat annos attribuit: qui & de his Tyrannis, vt & Firmo legendus. Inf. pro *consenuit*, *conseruit* M S S. & *Syrnio* *iidem*

lidem & Veron. vulg. *Sirmij* generandi casu, & cum iōta, vt Græci. Herodianus lib. v i i. Σίρμιον μεγίστην πείσαντων πόλιν facit. *Almum* quoque montem vocat Eutropius, vnde hæc verbotenus exscripta.

*Narbona natus*] Romæ alij, alij Mediolani, quidam in Il- 53  
lyrico asserunt: Vopiscus. Sidonius verò Apollinaris in eleganti  
Narbonæ descriptione Narbonensem quoque facit. Versus ob  
venustatem non pigebit adscribere.

*Quid quod Caesaribus ferax creandis,*

*Felix prole virum, simul dedisti*

*Natos cum genitore principantes?*

*Nam quis Persidis expeditionem,*

*Aut victricia castra præteribit*

*Cari Principis, & perambulatum*

*Romanis legionibus Niphatem?*

*Tum cum fulmine captus Imperator*

*Vitam fulminibus parem peregit.*

*Matrimonia nobilium*] *Nobilia* Eutrop. vnde hæc ferè ad  
verbum, vt sup. illa de Apro. Malim *militum* si libb. auctores  
fierent ex Aur. Victore. Inf. *vel leui fatigatione taxauerant*,  
idem Eutropius.

*Anulini senatoris*] *Amilini* libri aliquot. Mentio Anulini 54  
cuiusdam sup. num. 36. cum Laterano Cilone & Basso, vt Imp.  
Severi amicissimi. Mox *libertus* est in Veron. & *Charausio* cum  
sp̄ritu, vt & in m s s. quibus vsus sum, omn.

*Olera instituta*] Legi etiam possit *insita*, si libb. m s s. faue-  
rent. Cicero Catone dixit *dimensa atque descripta*, de arbori-  
bus, quod è Xenophontis Oeconomico *καλαμετέσουσι σοι καὶ  
ἀγράζωνσι* conuersum apparet.

*Comm. habitu*] pro priuatus, vt ad Victorem monui. *volun-*  
*tariam* Pithoëi scr. liber & Veron.

*Ad tres tabernas*] Ita reposui ex m s s. & Veron. opt. 55  
*Roma intra tabernas* Basil. vterque; quòd aut numeris obscure  
scriptū repperissent iiii. vel quòd hæntaret, ad vtras, decem ne  
an tres tabernas accidisset. Romæ in sexta regione à P. Victore  
x. tabernæ collocantur. Tres tabernæ à Sex. Rufo in regione  
Exquilina cum collegio Viminali, & x. tabernæ in regione Alta  
femita in libellis De region. vrbis Romæ. Mox *ex vrbe* iidem  
scr. libri. & inf. *pænas dedit mortis g. p. f. l. cervicibus*. Pons  
verò *Moluius* in nostris m s s. in Sallustij aliisque *Mulsius*,  
& egre-

& egreditur iidem: vulgò *congreditur*.

56 *Maximinus apud*] *Maximianus* q. libri malè impresserunt. *Prauíssimi cœpti*] *gratiss. cœpti* Augustanus codex. mss. omn. *gratissimi partus cœpti à puero*, quomodo & Veron. Mox etiam *socio perperam pro socero*, scribserant.

57 *Romulianum ex voc.*] *Vulgati omnes Romulianum etiam vocab.* m s s. & Veron. *Romulianam ex vocabulo*.

58 *Qui cùm pigeret facti, differri que praecepit*] sic editi libb. *Quod cùm pig.* & mox *cepisset* pro *praecepisset* m s s. duo. Veron. verò *Quod cùm pigeret, factumq; differri praecepisset in tempus*. *Gemina sunt quæ de Traiano refert Victor ipse: Vinolentiam, inquit, quo vitio, uti Nerua,angebatur, prudentia molliuerat, curari vetans iussa post longiores epulas.* Nec dissimilia de Alexandro Magno referunt interfecto Clito: qui & Ioue Ammonem natum se putabat. *Inf. senectæ atatis* amplius est in iidem, & pro *Constantij Imperatoris, Constantis* non rectè.

*Quaqua iter ageret*] *Cuiacij, Pithoëi, & Veron. cod. quaqua iter egerat interfecit, & ad patrem in Britanniam situm peruenit. Floriac. quibus iter egerat.* Hæc à Victore delumta, si quis fortè comparare velit: nisi quòd *vita ultima agebant* legit. Porro *Erocius Crocius* Alemannorum rex in m s s. appellatur, & *idem* pro *item*. Ita perpetuò *Mediolanium* sex syllabis scriptū repperi.

59 *Dissidium*] *Discidium* disertim m s s. de cuius vocis elegantia Gab. Faërnus ad Terentium. Veron. *discordia* excusum habet, ut *concordia* altera ex parte respondeat. August. lib. sup. *Difficile cum concordia custodiuntur*: non malè. Sic *Liciniumque* corruptè *Gryphius*, pro *Licinianumque*.

*Post quintum decimum*] *Quartum decimum* Veron. & m s s. *Rurlus occidit* pro *occiditur*, & *venerio* per iota, ut *atherio*: quod antiquarij iam pridem ex mss. & lapp. litteratis monuerunt. August. tamen codex *luxu ventris* præfert.

*Agraribus*] *Horrida vox & agrestis, qua offensus Frobenius, Agrarius* impressit. Mox Veron. *quod ab eo genere ortus auctusq; erat*, pro *altusq;*. Pithoëi codex *alitusq;*.

60 *Rom. imperij*] *id imperij* a fuit à *Cuiacij & Pithoëi libb. Floriac. Romania mira felix*. scripsit.

*Fausta coniuge sugger.*] *Apollinaris lib. v. epist. 11 x. Non figuratius Constantini domum vitamque videtur vel pupugisse versu gemello Consul Albanus vel momordisse disticho tali clam*  
Palati-

*Palatinis foribus appenso:*

*Saturni aurea sacra quis requirat?*

*Sunt hac gemmea sed Neroniana.*

*Quia scilicet predictus Augustus iisdem ferè temporibus exstinxerat coniugem Faustam calore balnei; filium Crispum frigore veneni.*

*Fuit verò*] Editio Veron. ad matrem refert: *Fuit verò mater ultra laudis auida.* Idem lib. *multis adibus*, inf.

*Parietariam*] *Parietinam* Amm. Marcellinus lib. *xvii.*

*Studia litterarum*] *Studia* deest in Veron. qui mox pronuntiare pro *prouinciaram* legit: non placet.

*Constantinum &*] Auferendi casu *m s s.* & vulg. aliquot, 61

*ita ad tres redacta dominatio est orbis Romani: Constantino & Constantio ac Constante filiis: quàm rectè ipsi viderint: & mox Delmatus Trachiam*, vt & Veron.

*Cœperunt*] Superest ex *m s s.* & Veron. vt illud inf. *ductus.* 62

*Ventris secreta*] *Solita* melius iidem. Sup. *officia naturalia* vocauit numero 37. mox *fuertint* pro *fierent* editi libb.

*Mursiam*] *Murtium* alij. & mox *grandæuo atate.* Sup. *pro-* 63  
*ditis* pro *perditis* Iac. Cuiacij scr. liber.

*Penè nusquam*] Ita *m s s.* Veron. *in quo bello, nusquam amplius, Romana cons. f. v. t. q. imp. fortuna pessumdata.*

*Ticinum*] Tres editi *Thicanum*, & post *pulsi parietis.*

*Imperij xlii.*] Veron. *Imperij quadragesimo, atatis propè quinq. anno exspirauit.* Pithoëanus codex, Floriac. & Cuiacij, *atatis prope quinquaginta annos exspir.* Mox *ò barbaris* omis-  
sum in libris typo notatis, ab iis fortasse qui barbaros se vocari molestè ferrent.

*Decentius laqueo*] Rectius *m s s.* *Dec. laqueo fascia composito: quomodo & Veron.* Post paullo *annos llii.* præferunt, vt edit. ferè omnes: quæ lectio præterquam quòd *m s s.* auctoritate nitatur, etiã Ammiano Marcellino extremo *xiv.* probatur. Non me fugit Vinetum lectionem mutasse.

*Campis Argentorat. apud Gallias*] Eos etiã in Gallia col- 65  
locat Aufonius, Mosella: *Æquani Latias ubiquondam Gallia Cannas.* quòd sint citra Ellum fluum, vbi terminatur Gallia Sequanica. Marcellinus: *Argentoratus barbaricis cladi-*  
*bus nota.*

*Stabant acerui*] Ex Ammiano Marcellino lib. *xvi.* extr.  
*Ceciderunt*, inquit, *in hac pugna Romani quidem ccliiii.*

Recto-

Rectores verò quatuor: ex Alemannis sex millia corporum sunt inuenta in campis constrata, & inestimabiles mortuorum acerui per undas fluminis ferebantur.

[Chonodomarius] Nodomarius nostri quoque mss. Veron. & Augustanus codex: Marcellino Gundomadius est lib. XI III. Alter Baldomarius pentasyllabus iisdem libb. Ammiano Vandomarius. Mox urguere scribunt mss. ut inf. 67. Sic dixit Antonius ad Pontium Paulinum:

Occidui me ripa Tagi, me Punica ladit.

Barcino: me bimarix iuga ninguida Pirenei.

[Hic Constantius] Hunc Veron. mss. Hinc melius. & inf. His. Malè qui hæc à superioribus, ut aliàs sæpè, titulo quodam diuiserunt, Iulianus mandatis moll. cohærent enim cum prioribus. Post, reuerti Veron. abique ut.

- 66 Apud Mopsocrenem] Amm. Marcellinus lib. XXI. Perijt per vias difficiles Myandam Cilicia ultimam hac peringentibus stationem, sub Tauri montis radicibus positam. Sic enim Rob. Stephani editio: Gryphij verò longè integrior Mopsuestiam. Idem imperij vitæque anno quadragesimo & mensibus paucis extinctum scribit.

[Multum intemperans] temperans mss. & Veron. & certè confirmatur ealectio Ammiani historica narratione lib. XX C. Similem locum sup. in Augusto emendauimus num. 4. multum abstinens.

[Amantias] Adamantias mss. & Veron. codex longè optimus. Quantum saepe] In eandem sententiam Amm. Marcellinus initio lib. XIV. de Constantij credo uxore loquens, stimulos admouente: cum virum potius lenitate feminea ad veritatis humanitarisque viam reducere, vtilia suadendo deberet.

[Locupl. quemque] Locupletissimum quemque Veron. & mox duæ voces ad mensam, non huc pertinent, relegandæ igitur: absunt enim in mss. & Veron. qui quare habes? alter unde habes: tertius pone quod habes præferunt. Rursum, laudis sua incu- riosus.

[Improbans & detestans] Exact. improbus detestans Veron. & scr. libb. Vidi qui auctiones pro exactiones excuderant. Inde: quod ex crescente, artus reliqui tabescunt.

- 67 Quod eo cresc.] Sic fito ditescète exhauritur Respub. Aliam etiã causam repperisse videor, quòd quemadmodum splencitica lien seditionem facit in præcordiis, vtar enim Plautinis: ita &

Ita & bella ciuilia seditionesque ex fisci incremento nascuntur. Hinc cinctos lienosos incedere vtile esse dixit Aristoteles lib. I I I. De partibus animalium : quod atræ bilis lien ; vt hepar sanguinis sit cōceptaculum : hic in dextro, ille in sinistro latere. Plautus Casina :

*Perij, cor lienosum opinor habeo, iam dudum salit:  
De labore pectus iundit.*

& Mercatore:

*Perij, seditionem facit lien, occupat precordia. Rursus Curcul. Quasi zona liene cinctus ambulo. Mox, Lien necat; renes dolent. Et lien dierectus est. P. A. ambula, id lieni optimū est. Laudata igitur non immeritō vox Pertinacis Imp. Sanctius est, inquit, P. C. inopem Remp. obtinere quā ad diuitiarum cumulum per discriminum atque dedecorum vestigia peruenire. Plinius Iunior in aureo illo Panegyrico de fisco quædam. Non enim vacat, nec si vacaret, liberet, campum illum ingredi.*

*E castris iam positis] Veron. urgerent, armis iam positis: mox ad prælium in eodem deficit. & in M S. vno insulto pro incon-sulto. Fortè insulto repererat librarius. nihil tamen demuto.*

*Amicorum, &c.] M S S. amico ex inuidia rei ꝑ disc. Veron. apertius, discrep. studiis amico ex inuidia reipub. discordiã exercitus periculum pararet. Editi tres, ex inuidia rei ꝑ discordia exercitus periculum pararet. Factum erat fortè ex rei ꝑ Reipub. Hinclectionum varietas, de qua eruditus lector arbitrabitur.*

*Æquauerat] Veron. & M S S. eo iuueraat, vt cum præcedenti eohæreat. Basil. duo eo iuueraat ediderunt. Mox pro quā validior scr. libri & Veron. quo validus, vulg. omnes quā validus.*

*Cui salus propria] Amm. lib. x I x. Nec enim abnuimus salutem legitimi principis propugnatoris bonorum & defensoris, vnde salus quaritur, aliis consociato studio inueniri debere.*

*Tum maximè in bello] Malle in bello maximè conf. est, ab-que tum: sic enim Veron. & M S S. Post, abductus sit Augu- fran. codex. & inf. calo labi ante diem Veron. & Floriac. & scr. libb. calo labiente diem, Cuiac. & Pithœanus. Vnde Gryphius calo labente, diem. Ceterum de expeditione in Persas Iuliani vide Sex. Rufum extr. Breuiario, qui in duobus M S S. anti- quiss. Festus Dictator, non Sextus appellatur: quod obiter monendum putauit.*

*Incola agri Singidonensis] Insula M S S. Pithœi; Danielis 68*

verò

verò *in solo agri Sigindonensis*, quomodo ferè & Veron. qui  
mox dicere legit.

- 69 *Aggeritur*] Puto leg. *oggeritur*, quod in o. m. s. s. & Veron.  
comparat.

*Quamquam enim*] *Quamquam esset* Veron. m. s. s. *habet* pro  
*esset*, in quibus & rō *vehemens* desideratur: mox *infectus vitiiis*  
Pith. Cuiacij, m. s. s. & Veron. non placet, nec illud *cupitor*  
pro *punitor*. Inde *memoratus sum* scr. libr. vulg. tamen le-  
ctionem vt castiorem præfero, legens post paullo: *Pingere ve-*  
*nustissimè, meminisse*, ex Veronensi & m. s. s. Floriac. tamen *ve-*  
*tustissimè*. Editi libb. *genera vetustissimorum meminisse* excu-  
derunt, forè quòd arma sequerentur, quæ, vt coniiicio, ad gen-  
tilicia insignia homines curiosi ( qui nihil præter fumosas ima-  
gines alienasque virtutes admirantur) retulerunt, vt in genea-  
logiis recensendis excelluisse Valentinianum dicat, sed nihil  
agunt. Mox *cera* m. s. s. *terra* vulg. & *sermone* singulari nu-  
mero iidem scripti. Ceterum de Adriani artibus sup. 28. num.  
vnde sententiam de hoc loco meam confirmari posse video.

*Si ei infidis hom.*] *Fædit hom. quis sese* m. s. s. & Veron. Anti-  
quicus exculi, *Atque vt breuiter concludam, semper criminibus,*  
*queis sese corrupte.* Quidam libb. *Si infidis careret.*

- 70 *Saturitate*] *Securitate* m. s. s. vterque & Veron. codex, non  
probo.

*Equitio*] *Æquitio* & *Merobaudo* è propinquo creatur Imper.  
Floriac. & Cuiacij m. s. s. vide quæ notavi num. 51.

- 71 *Annos tredecim*] *Decem* dumtaxat vulg. omn. Et mox *mu-*  
*tare iudicia, verus, in amicos fidus.* Inf. quoque *Procopius tyran-*  
*nus cadens exstinguitur.* Veron. verò amplius *periculo cuius-*  
*quam insuetus. Sanè valde timidus.*

- 72 *Argentariam*] hic fem. gen. libb. veteres, qui & *Trachiam*  
scribunt, partim *Traciam* & *Gothos Hunosq;*, non geminatis  
consonantibus. Opidum forè illud quod hodieque nomen re-  
tinet in agro Lemouicum, *Argentor.* Argenteum amnem Gal-  
liæ Narbonensis fl. celebrat Plinius & M. Tullius lib. x. epistol.

*Taisalis*] *Taisalisq;* m. s. s. Froben. *Thaiphalis*; And. Cra-  
tandri *Triballisq;*: post *degenti* iidem scribunt, pro quo ha-  
ctenus exculi *agenti*.

*Controuersias Rhetorum*] *Controuersa Rhetorum* Veron.  
Cuiacij m. s. & Pithoëi: cuius etiam opera *Quinctiliani De-*  
*clamationes seu Controuersia propediem in integrum restituta,*

Dco



Deo fauente, apparebunt, vnà cum Saluiano Massiliensi Episcopo altera parte ampliore: sic enim hortante me vir humaniss. iuxta ac doctiss. facturū recepit. Quam etiam spem nobis fecit Cl. Puteanus fore, vt cum M S S. plurimis comparatos Panegyricos breui in vulgus exire patiatur. Nam quæ Senecæ nomine circumferuntur Controuersia seu Declamationes, vt germanæ Senecæ Neroniani sint vereor; patris potius illius esse credo. hoc volui nescius ne esses.

*Perito sibi*] Locum hunc, vt opinio mea fert, glossēma hoc foedauit, in insulam igitur deportetur. Afuit certè à Veron. nedum à M S S. omn.

*Parcus cibi somniq; & vini*] Totus hic locus in quib. legitur, *ferire destinata, cibiq; vini ac libidinis victor: cunctisque.* (Veron. *cunctis*) *esset plenus, si ad cognosc.* vt absint, *parcus somniq; & bonis.* Linea sequenti regenda est in M S S. qui & neglegeret quatuor e disertim pingunt, vt inf. intellegamus.

*Eodem habitu*] Habitus cultusq; insolentia atque immodestia semper odiosa; odiosa & Cæcinæ apud Corn. Tacitum lib. I I. historiae Augustæ. *Ornatum, inquit, ipsius, municipia & colonia in superbiam trahabant, quod versicolore sagulo braccas, tegmen barbarum indutus togatos alloqueretur.* De Maximo autem vide Sidonium Apoll. lib. I I. epist. tertiadecima.

*Annis triginta octo*] Veron. x x v I I I. nisi operarum incuria x. signum decussatim positum omissum. M S S. duo x x x v I I I I. id est, *triginta nouem.* Cuiacij verò exemplum antiquiss. denario minus x x v I I I I.

*Decem & septem*] Rursus numeri variant. factum id 74 propter notarum compendia. Vulg. omn. quos vidi, demto Veron. x x v I I. Inf. pro Δ *Gracis* iidem à *Gracis.* Moxque *cognitione principij:* neutrum placet.

*Præsumeret*] Amplius M S S. *Deberi præsumeret, scelestæ cupidinis supplicia persoluerat.* Eleganter verò probum illud Veron. exemplar; quo solo ferè scipione vulg. editionem prope collapsam stabilire atque consuetudine me potuisse; vt reliqua defecissent subsidia librorum, confidebam. sic igitur præfert, *Cum sibi Imperium debere præsumeret, scelus cæptæ cupiditatis persoluerat.* Inf. quoque *appetitus* pro *petitus* venustè, pro *solicitatus.*

*Erga se*] M S S. & Veron. auctiores *erga se vel patrem aspero*  
H casis

*casu.* Rursum, *vinolentiam scilicet & cupidinem triumphandi.*

*Vinolentiam*] Vsum Traianus post secundam mensam potandi vsque ad pocula instituerat: cum Alexander Severus inter amicos militares referuauit. Aelius Lampridius, & sup. num. 26. De triumphandi cupiditate quædam etiam ad Augustum Octauium.

*Tamquam sororum*] Tres editi reorum. Huiusmodi autem nuptiæ Claudij Imp. cum Agrippina: sup. 11. num. vide Tacitum extremo quarto Annali. Tulit & Cocceius Nerua, ne fratris filiam vxorem ducere liceret. Xiphil. è Dione. Mox *se nimum perfectos*, M s s. & Veron. opt. & *morum gesta* vulg. aliquot: nihil demuto: & mox iidem *exsecrari veterum facta superba, crudelia, libertati infesta qua legerat: ac Cinnam, Marium, Sullamque* M s s. *libertati infesta legerat.* M s s. tamen Sillam hic per i præferunt.

*Seuera precepta*] Melius Cuiacij M s. *seuerè precepta.*

*A natura munere*] à natura M s s. & Veron. ex quibus *to didicerat* superare didici: furis igitur eiiciatur. Mihi sanè hic dignus vindice nodus videtur, qui manum ad finem properanti iniicit; & cuius solius causa non malè in castiganda hac Epitoma tempus posuisse, nec operam in edendo lusisse videar. Coniecturam proponam, post eam argumentis, quæ potero, confirmabo. Floriac. codex, *quod Augustus à philosophia doctore. . . .* Hinc fortè spatium vacuum relictum ab hæcitantē librario, quem in vacua mitteret (oblitteratis vel vetustate, perfidia, errore, vel dubitationis causa nominibus, vt sup. in Augusto de Ouidij scriptis num. 5. admonui) Athenodorum ne an Liuium: Græcum illum; hunc Romanum. Nam Augustana editio, And. Cratandri & Seb. Gryphij aliter paulò hæc notat: *Vnde modica dilatione emolliebatur. Aliquando seuera precepta habuit de Liuius, vel quod Augustus à philosophia doctore didicerat: qui cum.* cet. Quæ lectio nō frustra est in tribus editis. Sed qui Parauinus Liuius Theodosij equalis? Nō magis quàm Liuius Andronicus, poëta: nam ille Tiberij principatu obiit. Eusebius chronicis. Transposita igitur verba aliquando sic collocare tentabam: *seuera precepta habuit, vt de Liuius Augustus philosophia doctore: qui cum.* Sed magis est vt absque vlla transpositione intellegamus de T. Liuij philosophicis scriptis præcepta hausisse Theodosium. Philosophica enim Liuium præter historica in litteras misisse, posterisq; tradidisse, Seneca philo-  
sophus

sophus & ipse docet, epist. c. i. & cum M. Tullij & Asinij Pol-  
lionis philosophicis committit; adeoque Fabiani Papyrij ante-  
ponit. Locum quia corruptus est, vt leg. eqnseo, apponam. *Scri-  
psit, inquit, & Dialogos, quos non magis philosophia annumerare  
possis quam historia. & ex professo Philosophiam continentis li-  
bros.* Nam quomodo doctus. Pincianus tentat, coactior lectio,  
nec à m. s. s. est. Sed aurem vellit historię veritas, iubetque  
meminisse ab Athenodoro Stoico consilium hoc datum Augu-  
sto, auctoribus Plutarcho, Suda, Iuliano, Zosimø, Glyca, Ma-  
nasse, ceteris; quos exscribere longum esset ei qui terram videns  
vela contrahit. Contentus igitur qui in manibus est pauco-  
rum, Iulianum imp. de Imp. loquentem *ὁ πρὸς Καίσα-  
ρον λόγῳ* citasse. Hęc enim ita inducitur Augustus: *Παύσχο-  
ν ἑμαυτὸν τῇ φιλοσοφίᾳ χειροῦδη, ὥστε καὶ τῆς Αθηνοδώρα παρρησίας  
ἐπισχομένῳ οὐκ ἀγατακτῶν, ἀλλ' εὐφραινόμην ἐπ' αὐτῇ καὶ τὸν  
ἄνδρα καθάπερ παιδαγωγὸν ἢ πατέρα μᾶλλον ἀσέβειν. ἄρειον  
δὲ φίλον καὶ συμῳτὸν ἐπιγυροῦμαι.* Plutarchus certè in vita  
Poplicolę, Athenodori quędam aduocat, Octauię Cęsarıs  
forori inscripta. Tranquillus etiam litteris Augusti Athenodo-  
rum Claudio Tiberio appositum docet, quicum quotidie ver-  
saretur, vsuque sapientior efficeretur. Claudio cap. xv. Idem  
tamen xli. ca. Liuium quoque familiarem fuisse, adeoque  
scribendę historię auctorem Claudio existisse. Quid si igi-  
tur loco didicerat, quod in m. s. s. a fuisse iam diximus, vel  
*Liuiο*, vel *Athenodoro* (vterque enim Augusto iuxta familia-  
ris) scriptum fuerit? Sed hæc coniectura tantum nostra, non  
*τεκμήριον*. Vulgaratam igitur lectionem Frobenij & Vineti reti-  
nere placet, quasi philosophi nomen auctoris memoriam fu-  
gerit; dum veritas Democriti puteo mersa in apricum profe-  
ratur, Temporis enim filia est.

*Rara virtutis] clara vulg. & mox, græue pondus.* rursus 77  
*benigni principes*, quod nimium quantum placet. videm *sollici-  
tus attendere*, Cuiacij & Pithoëi lib. *sollicititius* scriptum  
habent.

*Studio. dignitatibus] Malo quod est in m. s. s. Veron. &  
Aug. studia dignitatibus.* In quib. l. rø pro a fuit: iidem libb.  
vett. *illecebram* vel *inlecebram* scribunt. & editi omn. *ambulat:  
magnis.* Post rursus, *ad vescendi continentiam.* Pro vtrique  
m. s. s. cum Veron. *vtrisque filiis.*

*Sermone cum grauitate iocundo* ] Sic Corn. Nepos in eleganti illa T. Attici vita: *Comitas*, inquit, *eius non sine seueritate erat: neque grauitas sine facilitate: ut difficile esset intellectu utrum eum amici magis vererentur, an amarent.* Plura exempla ad eum locum attulimus in Fragmentis Neptorianis: quare hic inculcare putidum esset. Superfedendum igitur.

FINIS.

ELIAE



ELIÆ VINETI  
SANTONIS CASTIGATIONES  
IN SEXTI AVRELIi VICTORIS EPI-  
TOMEN RERVM ROMANARVM.

**S**EXTI AVRELIi VICTORIS historiam Augustam, aut eius saltem Epitomen, eodem tempore cum Eutropij breuiario, inter conferendos scriptores varios diuersaque exemplaria, Burdigalæ emendauimus. anni sunt iam plus vnde- uiginti. Eam nūctandem in lucem emittere visum est, & in eius editione hæc paucula monere. Exemplaria nostra fuerunt impressa omnia præter vnum membraneum: quod nobis commoda- uit Iosephus Cassianus, regius consiliarius. Hoc titulum non habuit. sed mihi scripsit vir doctissimus Iacobus Cuiacius, an- tiquum habere se codicem, sic inscriptum: *Libellus de vita & moribus Imperatorum, breuiatus ex libris Sexti Aurelij Victoris à Casare Augusto vsque ad Theodosium*, si quis dubitet de no- uorum exemplarium titulo. De auctore autem istius Breuiarij nihil comperi: neque satis scio quis iste Victor, qui Roma- nam historiam ab Octauiano Augusto ad Theodosium Ma- gnum sit persecutus. Iulius Capitolinus AVRELIi VI- CTORIS cognomento PRIMi in Opilio Macrino memi- nit. *Verba denique (inquit) Aurelij Victoris, cui Primo cogno- men erat, hæc fuerunt: Macrinum, libertinum hominem, prosti- bulum, & cet. sed Victor hic Primus, & Iulius Capitolinus Theodosium illum multis sæculis antecesserunt. Alius floruit sub Iuliano Augusto Victor historicus: quem sic celebrat Am- mianus Marcellinus libro vicesimo primo: Imperator reuertitur Nessum, copiosum opidum: quo inde expedite cuncta dispone- ret suis utilitatibus profutura. Vbi Victorem apud Sirmium vi- sum, scriptorem historicum, exinde venire præceptum, Pannonia secunde consularem præfecit: & honorauit aenea statua, virum sobrietatis gratia multilaudum, multo post Vrbi præfectum. Inter cuius Iuliani principatum, & eiusdem Theodosij mor- tem, quia non sunt anni plures, quàm triginta duo, potest, qui à Iuliano sit ita honoratus, post Theodosium vixisse, atque de rebus scripsisse Theodosij.*

Anno

1 *Anno Urbis condita septingentesimo vicesimo secundo, ab exactis vero regibus quadringentesimo octogesimoque, mos Roma repetitus uni prorsus parendi, pro rege imperatori, vel sanctiori nomine, Augusto appellato] Hæc non sunt in Cassiani vetusto codice: qui sic incipit; OCTAVIANVS patre Octavio senatore, & cet. Quot autem annis regnatum sit initio Romæ, discrepant auctores. Titus Livius annos putat ducentos & quadraginta quatuor. Quem numerum si ex septingentis & viginti duobus subducas, reliqui fient quadringenti & septuaginta octo anni ab exactis regibus ad monarchiam Augusti.*

*Per Iuliam] Ita vulgo appellant: sed vetus liber Iulam, quot syllabis ille cognominatus fertur apud Virgilium, vnde gens hæc appellata.*

*Maioris auunculi] Sic apud Sueton. Tranquillum, sed hoc aliquando puto me didicisse ex Paulo libro tricesimo octavo Digestorū, titulo decimo, & lege decima eius tituli, quod matris meæ frater meus est AVVNCVLVS: & auunculi mei auunculus, meus est MAGNVS auunculus: & mei magni auunculi auunculus, meus MAIOR auunculus. OCTAVIANVS autem, id est Octavij filius naturalis, in alienam familiam inductus, Augustus cognominatus, matrem habuit naturalem, ATTIAM, filiam Iuliæ sororis Caij Iulij Cæsaris à Bruto & Cassio interfecti: quemadmodum docuimus in iis quæ in Eutropij breuiarium scripsimus. Interfectus ergo ille Cæsar Iulius, Octaviani Augusti fuit non auunculus maior, sed magnus tantum auunculus.*

3 *Ob taciturnitatem Mæcenas] Neque taciturnus Mæcenas apud Suetonium, neque patiens modestusque Agrippa.*

*Legeret, scriberet, declamaret.] Eadem, eodem ordine verba apud Suetonium: sed in veteri tamen codice, dictaret pro declamaret. Qui & nullus non habet.*

7 *Annos quinquaginta & sex] Sine coniunctione numerum hunc notat vetus codex.*

*Annos viginti tres] Ita vetus codex. Alij viginti quatuor numerant. Vide Eutropium nostrum de his temporibus, sicubi hæres.*

8 *Incessere exitia] Vetus codex, incidere in exitia.*

*Maraboduum] Et apud Suetonium & Cornelium Tacitum libro secundo, Maraboduum & Maroboduum imprimunt quem quatuor tantū syllabis Marabodum verus liber appellat Originis*

Originis autem non diuersæ, vt suspicor, fuit *Merobaudes*, nomen eius magistri militum, qui Gratianum Augustum prodidit apud Parisios.

*Iouem ob incestum, è choro*] Vetus codex, *Iouem ob incestum* 9  
*inter matronas, choro autem.*

*Casa Musulaniorum*] De huius vocabuli corruptione monimus in commentario Flori. 10

*Possidio Eunuchæ*] *Posidem* apud Suetonium appellant. 11

*Sequentibus Phaone.*] Hunc ita declinat Dio. *Phaontem ty-* 13  
*pographi* apud Suetonium.

*Et Iceli*] pro Cœlij: *Icelij* vetus liber. Ita apud Suetonium 14  
& Tacitum hic trisyllabus & tetrasyllabus est.

*Hic à Vitellio*] Vicit Vitellium Otho apud Placentiam, si 15  
quid Sueronio credimus. Sed vide & Corn. Tacitum libro decimo octauo.

*Licinium Mucianum*] Hunc Licinium, *Licinum* tribus syllabis quædam ex nostris exemplaribus scribunt. Alterum nomen est *Μουκτιανός* apud Dionem, id est *Mucianus*: sicut *M v-* 17  
*e i v s* non per τ, sed per c scribi debet.

*Syria seu Palaestina. nec non Cilicia Trachea & Commag.*] vetus 18  
codex, *Syria, cui Palaestina nomen est, Ciliciæque ac Thracia & Commagène.* Locus etiam apud Eutropium corruptus.

*À Metio Pomposiano*] Sic scribitur apud Suetoniū. in Dionis epitome est *Μήκος Πομπουσιανός*. extraordinarius consul fuit.

*Domitilla*] *Domitius, Domitianus, Domitilla*, quintam litteram τ, non c, debent habere. 20

*Stuprata Berenices*] *Berenices* legendum puto, sicut apud Suetonium scribitur. Effertur enim *Berenice* sicut *Penelope*. ea est *Beronice*, o pro e, in secunda syllaba apud Dionem: idemque nomen *Veronica*.

*In quibus Cacinam*] Hic est Aulus Cæcina apud Suetonium. Cæcina autem variè scribitur in nostris exemplaribus, Cæcinna, Cecina, Cecinna.

*Per Norbonum Appium*] *Lapium Norbanum* scribit vetus 23  
codex. Dio *Lucium Maximum* vocat, qui Lucium Antonium Germaniæ præsidem interfecit, qui bellum civile mouerat.

*Parentibus egestosis*] Antiquus liber habet *egeſtuosis*. Insolens 24  
vtrumque satis.

*Iunij Maurici*] Trisyllabus hic *Mauricus*, tetrasyllabus est 25  
*Mauritius* in vetusto codice: sed *Mauricū* etiã appellat epistole

H + Plinij,

Plinij, tribus tantum syllabis. Est autem fortasse Mauricus, vnde isti Mauritij dicti sint, vt imperator Mauricius, qui à suis militibus interfectus traditur anno Christi sexcentesimo tertio: quare non *Mauritij* per τ, vt in vetere libro, ceterum per c *Mauricij*, dicēdi videantur: quomodo illos Græci per α, *Mavrixiss* scribunt, & vetusta marmora *Mauricios*. De Casperio autem lege Dionem.

*Mentione Catuli.*] Geminari debere liquidam in hoc nomine, monuimus in commentario Eutropij. Iuuenalis satyra quarta,

*Et cum mortifero prudens Veiento Catullo.*

*Nobiscum inquit Mauricus, cenaret*] Respondit Mauricus Neruæ, Cenaret hîc nobiscum Catullus Messallinus, si nunc viueret. Sic ergo distingue apud Plinium in epistola vicesima secunda libri quarti: *quid putas passurum fuisse, si viueret? & Mauricus: Nobiscum cenaret.*

*Anno atatis sexagesimo tertio*] In commentario Eutropij monuimus discrepare auctores de atate Neruæ.

27 *Sexaginta superaret pedes*] Notatum numerum hîc reperi-  
mus, in aliis *sexaginta*, in membraneo codice *quadraginta*.

*Ministris*] *Ministeriis* apud Iulium Capitolinum.

32 *Apud Vendobonam*] Antiquus codex B pro V, hic habet. In Pannonia obiuisse mortem anno Christi centesimo & octogesimo secundo, in Eusebij Latinis chronicis legimus.

34 *Repugnansque*] Aliam causam nominis tradit Capitolinus.

36 *Lateranum Chilonem, Amilinum Bassum*] Hîc sic legendum & distinguendum censeo: *Lateranum, Cilonem, Anulinum, Bassum*. Lateranum Cassiodorus consulem facit, Rufino collega, sub Imperatore Septimio Seuero: qui vt suspicor, trium syllabarum est *Laternus*, apud Dionem. *Chilonem* & *Cilonem* veteres Latini habuerunt, Carisio & Festo auctoribus: sed quem cum spiritu *Chilonem* hic impressum legimus, & inter consules Cassiodori, & in Commodò Lampridij, & Caracalla Spartiani; verus liber scribit sine spiritu, & ita habet impressum *Censorinus*: quomodo & apud Dionem appellatur *Κίλον*. *Anulini* vocabulum variè corruptum reperiri, monuimus in Eutropij commentario. Bassi denique cum Gentiano consulis, quo anno decessit Seuerus Augustus, meminit Cassiodorus: & Bassi præfecti Vrbi Spartianus in Seuero.

*Annos sexaginta quinque*] Sic notat vetus codex rectius,  
quàm



quàm alij, *septuaginta*: sicut ostendimus in commentario Eutropij.

*Anno vitæ vicesimo*] Vetus codex, *undeicesimo*: Capitolinus *vicesimo & secundo*, ex Iunio Cordo. 42

*Caius Iulius Saturninus*] Eutropius, Cassiodorus, & alij Philippum iuniorem appellant. 43

*Valens Licinianus*] Quatuor Valentes Imperatores hoc in rerum Romanarum Breuiario memorantur. Valens hic Licinianus qui cum paucis diebus in Illyrico imperasset, occisus fuit. Valens, qui sub Gallieno in Macedonia imperium inuasit, & inter triginta tyrannos à Trebellio Pollione recensetur. Valens, quem morte multauit Licinius. & Valens frater Valentiniani Augusti, quem Gotthi interfecerunt. 44

*Virius Gallus*. Pro *Virius* habet *Valerius*, antiquus liber. *Vibium* Pomponius Lætus vocat. Hunc autem Gallum Eutropius & Orofius *Gallum Hostilianum* appellant. 45

PERPENNAM verò, siue *Perpernam*, *Hostilianum*, aliunde non noui.

*In Mœsia*. Ita diphthongum secundam habuit hoc nomen regionis, in vetusto codice. Græci *Mysiam* appellant, vt alibi ostendimus.

*In insula Meninge*] Hæc Lotophagorum insula, nomen *Girbæ* adhuc retinuit.

*Quatuor minus quinquaginta*] Liber membraneus, annos III, minus L. hoc est annos, tribus minus, quinquaginta.

*Apud Moguntiacum, in Ægypto*] Sic vetus codex. Quem locum indocti ad hunc modum corruperant *apud Moguntiam, cum in Ægypto*. Restituimus & in Eutropij breuiario corruptum nomen. 46

*Pipam nomine*] *Pipiam* habebat vetus codex: eandemque vocat *Piparam* Trebellius Pollio.

CLAVDIVS imperauit annis II.] Pro his II. annis, vetus codex habet, *annum unum, mensibus nouem*. Quo modo scribitur apud Cassiodorum. 48

*septem mensibus*] *sex* tantum Vopiscus. 50

*Delmatio sanguine*] Liber membraneus, nomine *pro sanguine*. Sed alij *Maximum* vocant patrem Probi. Vide Flauium Vopiscum. 52

*Carus Narbone*] Potest & *Narbone* tertia inflexione legi. 53

*Carausio in Gallis*] Apud alios rectus est *Carausius*. 54

- 55 *Itinere Laucano*] *Quam* & per b, viam *Labicanam* appellatam reperies.
- 57 *Romulianū*] *Romulianam*, prima declinatione, vetus codex. *Daza dictus*] Sic *Daza* alia ex nostris exemplaribus, alia *Dara*, alia *Daca*.
- 58 *Publica iumenta*] equos publicos cursui deputatos: sicut idem, vt puto, Constantinus loquitur in titulo De cursu publico: qui est quinquagesimus primus libri duodecimi codicis Iustiniani: & quos appellare dispositos equos videtur Titus Lilius libro tricesimo septimo.
- 59 *Hiulcam nomine*] *Vulcam*, vetus exemplar. *Post XIII.*] *post quintumdecimum*, scribit vetus codex.
- 60 *Parietariam*] *parietinam*, liber Cassiani. *Tracala decem*] In aliquibus exemplaribus aspirat mediam syllabam *Trachala*, sicut apud Festum *Trachali*. Decem autē anni, & duodecim, & decem videntur esse triginta duo anni huius imperij: qui triginta solum supra numerati sunt. Sed hic variant & auctores & exemplaria, sicut monuimus in commentario Eutropij.
- 61 *Anniballianus*] Scribitur & *Anibalianus* neutra geminata consonante: habetque a pro i alicubi in secunda syllaba nomen hoc.
- 62 *Et Marcellino.*] Pro tetrasyllabo trisyllabus est *Marcellus* hic in antiquo libro.
- 64 *Annus quatuor*] *annos tres*, antiquus liber. Scribit in chronicis Hieronymus, Gallum fuisse creatum Cæsarem, anno Christi trecentesimo quinquagesimo septimo, & interfectum trecentesimo quinquagesimo nono.
- 65 *Rex nobilis Chonodomarius*] *Nodomarius*, Cassiani & Gryphij Lugdunensis typographi exemplaria. *BADOMARIUS* verò, *Baldomarius* est in membrano codice, quatuor tantum syllabis, sed l inter a & d interiecta. Eundem Ammianus Marcellinus libro quartodecimo & vicesimo sexto & alibi pentasyllabum facit: sed *Vadomarium* v pro b scribit.
- 66 *Per Amantias*] Antiquus liber per *Adamantias*.
- 70 *Apud Bergentionem*] *Bregitionem* habent alia exemplaria, vt & Ammianus libro tricesimo. Hieronymus & Orosius *Bregitionem* appellant.
- 72 *Apud Argentarium*] *Argentariam* prima declinatione legimus in antiquo libro, & apud Paulum monachum, & Ammia-

Ammianum Marcellinum libro tricesimo primo.

*Qui vixit annis triginta octo ] annos viginti nouem, liber ca-* 73  
lamo scriptus. Sed hi numeri sunt vtrique falsi, si sua tempora  
fatis nouerunt Hieronymus & Prosper: qui Gratianum esse  
natum anno Christi trecentesimo sexagesimo tertio, & occi-  
sum anno Christi trecentesimo octogesimo septimo, scripserunt.  
Sic enim non plus viginti quatuor annos vixerit Gratianus.

*Annis viginti septem.]* Scribendum *decem* pro *viginti*, quo- 74  
modo habet Cassiani nostri codex. Vide Prosperi, & Orosij,  
& Cassiodori rationes.

*De hoc etiam ]* Ammianus Marcellinus libro vicesimo nono.

*Quantum scripta veterum & pictura docent ]* quæ picta, & 75  
quæ scripta extabant ab veteribus de Traiano, & non de Theo-  
dosio. Scripta namque antiquorum hominum & picturas non  
adduceret de Theodosio, qui Theodosium coæuus vidisset,  
eiusque mores perspexisset. Nisi fortè hæc postrema de Theo-  
dosio (quæ iisdem verbis in eo leguntur, quod Eutropij bre-  
uiario subiecit Paulus Diaconus) ad Victoris historiam ab iis  
esse adiecta velis, quibus veterum scripta contaminare nulla  
fuit religio.

*Os, absque eo ]* Paulus Diaconus addit, *simile: os simile, abs-*  
*que eo*, in quibusdam exemplaribus.

*Expensi à tyranno ] à tyrannis* apud Paulum Diaconum.

*Ad illecebras ] ad illecebram*, vetus codex, numero singulari.

*Sicque in pace ]* Annum à Christo nato trecentessimum nona-  
gesimum septimum fuisse putat Prosper, at annum ab vrbe  
Roma condita millesimum centesimum quadragesimum sep-  
timum Haloander, quo tempore excessit Theodosius Au-  
gustus.

F I N I S.



I N D E X.

Augustophratenſis prouincia	18	Caligula Imperator	8, 9
Augustus primus	1	Calpurnius Craſſus	25
Aulici & Spadones	59	Camillus Scribonianus	10
Aurea ſtatua	48	Cantabri pop.	2
Aurelianus Imperator	49, 50	Capitolium reparatum	18
Aurelios indicabũr Commodus, Heliogabalus, Caracalla.		Cappadocia prouincia Romanorum	8
Aureolus	46, 47, 48	Caracalla Baſſianus	37
Aureus hamus 2 Mons	52	Carauſius	54
B		Carinus Imperator	53
Bactri pop.	30	Caro plurima comeſta Porcina	36 50
Badomarius rex	65	Carrae op.	37
Balbinus	41	Carthago	55
Baſilius Gallonius	48	Carus Imperator	53
Baſſianus Caracalla	36, 37, 39	Casperiſus	25
Baſſus	36	Casſij duo	32, 46
Baſterni pop.	2	Catti pop.	2, 23
Bebriacum, vel Betriacum	15	Catullus	25
Bellum & ſimultates oderat Augustus	2	Cauſidici	17
Benacus lacus	48	Chonodomarius rex	65
Berenice	21	Chreſtius	62
Bergentio	70	Cibalæ	59, 69
Bibliothecæ Romanæ incendio conſumtæ, à Domitiano reparatæ	23	Cilicia	18
Boionius Antoninus	39	Gilo, vel Chilo	36
Bonofus Imperator	52	Cinna	76
Bonus princeps	30	Claudius Imperator	48
Britannia	36, 73	Alios indicabunt Claudios Tiberius & Iulianus.	
Bubalia	44	Claudij monumenta	18
Byzantium	59, 61	Clementes principes	21, 25, 30, 34.
C		Clinopale	23
Cæcinna	20	Clodianus, qui & Claudianus	23
Cæſar Caius Iulius Dictator 1, 49. Cæſarum gens litteris culta & eloquentia	16	Cocceius Nerua	24, 25
Caius Iulius quidam	13	Colobius Valerianus	46
		Commagene	18
		Commilitones	3
		Commodus Imperator	33
		Concor-	

INDEX.

Concordia vrbs	31	Diademate vsi principes Ro-	
Consobrinarum nuptiæ veti-		mani	9, 50
tæ	76	Diadumenus Imperator	38
Constans Imperator	61, 62	Didius Iulianus Imperator	35
Constantinopolis	50, 61, 68,	Dioclea opidum	54
77.		Diocletianus Imperator	54
Constantinus Magnus Impe-		Diræ	37
rator	29, 54, 55, 56, 58, 59,	Dominus	9, 23
60, 61.	Constantinus eius	Domitia vxor Domitiani	23
filius	62	Domitianus Imperator	23,
Constantius Imperator pater		24, 25.	
Constantini Magni	54,	Domitilla Titi & Domitiani	
55, 56, 58.	Constantius	mater	20, 23
nepos	61, 62, 63, 64, 65,	Domitius Aænobarbus, &	
66.		Nero	12
Cornelius Galbæ amicus	14	Domorum altitudo	27
Cornelius Valerianus	46, 47	Dracone geniti	57
Cornix locuta	27	Drusus Liuiæ filius	4
Cottiæ Alpes, & Cottius rex	12	E	
Crispus Constantini filius	58,	Edeffa ciuitas	37
60.		Epaphroditus	13
Crudelis Tiberius	8.	Equitius	70
Caligula	9.	Erocius rex	58
Vitellius	16.	Eugenius	75
Domitianus	23.	Euphranor	28
Commodus	33.	Euphrates fluuius	40
Aurelianus	49, 50	Eusebia	66
Ctesiphon vrbs	42, 53	Eutropia	56, 63
Curtius lacus	14	F	
D		Facetus Vespasianus	17
Daci, Dacia, & Dacia Ripen-		Fatum 21. Fatales libri	48
sis	8, 40, 57, 72	Fausta vxor Constantini Ma-	
Danubij pons	60	gni	56, 60
Daza Galerius	57	Felix Iudææ præfectus	11
Decentius Imperator	63, 64	Feminae modestiores	66
Decius Imperator	44	Ferentinum op.	15
Deliciæ humani generis	21, 22	Fiscus 11. Fiscus lien	66
Delmata, Delmatia, Delma-		Firmus tyrannus	70
tiæ	2, 10, 49, 61	Flaminia via	18
Delmatius Cæsar	61	Florianus Imperator	51
Deus dici voluit Domitia-		Fortu-	
nus	23		

I N D E X.

Fortunæ fanum opidum	49	Gratianus filius eiusdem Va-	
Fortunæ pila	34	lentiani	72, 73
Fruentaria inopia	6, 30	H.	
Fulvius Anconinus	30	Hadrianus siue Adrianus Im-	
Funarius Valētiāni pater di-		perator	24, 28, 29,
ctus	69		30, 69.
<b>G</b>		Hamus aureus	2
Gætuli pop.	8	Helena mater Cōstantini Ma-	
Gætulicus	14	gni 58, 60. Helena opi-	
Gaiso	62	dum	62
Galba Imperator	13, 14	Heliogabalus	39
Galerius indicatur in verbis		Heluius Pertinax	34
Maximianus & Maximinus.		Heraclia vrbs	50
Galli & Gallia	2, 8, 36, 46,	Herculius Maximianus Im-	
49, 52.		perator	54, 55
Gallienus Imperator	46, 48	Hiulca palus	59
Gallonius Basilius	48	Honores pretio, nō iudicio	62
Gallus Virius	45.	Honorius Imperator	74, 77
Constantij Augusti fra-		Hostilianus Perpenna	45
ter	63, 64	Hunni	72, 74
Garamantes pop.	2	Hyrcañi pop.	30
Gemoniæ scalæ	16	I.	
Genitalia amputata	25	Icelus	14
consumta	55	Illyricum	61
Gentianus Lollius	34	Imperare coactus	34, 69
Germania superior	23	Imperatoris temeritas	2
Germanicus Caligule pater	9	Imperium detestatus Diocle-	
Geta Seueri Augusti filius	36,	tianus	54
37.		Incendia	22, 27
Getæ populus	2	Indi & India	2, 30, 49
Girba insula, quæ & Me-		Inimicitiarum obliuio	17
ninx	45	Insula repente emersa	11
Gloriæ & laudis ardor	28,	Interamna	45
60, 67.		Interregnum	50
Gordiani Imperatores	41, 42	Iouianus Imperator	68
Gorgonia	66	Ira quomodo sedanda	76
Gotthi pop.	71	Italia	50
Græculus Hadrianus	28	Iulianus Didius	35
Gratianus pater Valentia-		Sabinus	53, 54
ni	69	Claudius	65
		Iulius	





I N D E X.

Taurus mons	66	Valentinianus Imperator	69,
Temperitas Imperatoris	2		70, 71.
Terræ motus	27, 31	Valerianus Imperator	46
Terricus Imperat.	50	Varius Antoninus	39
Theodora	54, 56	Varronianus	68
Theodorus	74	Veiento	25
Theodosius Imperator	72,	Venæ incisæ ad mortem	51
	74, 75, 76, 77.	Vendobona	32
Thermantia mater Theodo-		Verona & Veronenses cam-	
sij	74	pi	43, 53
Thessalonica vrbs	59	Verus Imperator	31
Thracia	61, 72	Vespasianus Imperator	16,
Tiberis inundatio	27	17, 18, 19. Vespasianus	
Tiberius Augustus	4, 7	Titus filius	20, 21, 22
Alius Tiberius	10	Vesunius mons	22
Ticinum opidum, & Ticinen-		Vetranio	63
ses campi	48, 49, 63	Victor Imperator	74
Titus Vespasianus Impera-		Victorinus Imperator	48
tor	20, 21, 22, 23	Vienna vrbs	75
Trachala	61	Vindelici pop.	2
Trachea Cilicia	18	Vinea permissæ Gallis & Pan-	
Traianus Imperator	12, 24,	noniis	52
	25, 26, 27, 60, 66, 74, 76	Vinolentia Tiberij	7
Tribunicia potestas	1	Claudij 10. Traiani	76
Tudertina vrbs	26	Virgilius poëta	3
V		Virius Gallus	45
Valens Licinianus Impera-		Vitellius Imperator	15, 16
tor 44. Alius Valens	46	Vlpus Traianus	26
Valens rursus alius	55, 56	Vologeses rex	18
Alius	69, 71, 74	Volusianus Imperator	45

I

H A E C

HAEC FERE NOVA SVNT  
 VERBA IN AVRELIJ VICTORIS  
 EPITOME.

Aggestus substantivum	9	Intra aulam	77
Agrares ac rusticantes	59	Inuasor	49
Aliquanti pro aliquor	62	Liber filius	25
Celsum Imperium	65	Naturalia officia, & ventris	
Circumfocius	61	secreta	37, 62
Coangustus	63	Officiorum magister	59
Decollare	35	Perpendicularor	28
Dedecorofus & dedecorose		Profusio	61
13, 54		Quanti, quam multi	30
Egestofus & egestuosus	24	Rescriptum substantivum	54
Fecit incedere	11	Sollicitus adverbium	77
Gratias referre	25	Sublimatus participium	11
Habitus venerabilis	62	Subtercutaneus	29
Imperialis	8	Vniformis	18
Incessus substantivum	3	Vnus post vnum	41
Incuriosus laudis	66	Vulgariter	18

FINIS.



Hieronimo  
 Sanchez














Ayuntamiento de Madrid